This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PN
687
.C5
P97
c23

BUHR B

a39015 00036840 0b

DE

PSEUDO-TURPINO

DISSERUIT

GASTON PARIS

JURIS LITTERARUMQUE LICENTIATUS

IN SCHOLA CHARTARUM QUONDAM ALUMNUS

PARISIIS

APUD A. FRANCK, BIBLIOPOLAM

VIA RICHELIEU, 67

MDCCCLXV

Digitized by Google



RECEIVED IN EXCHANGE
FROM
Cleveland Public Library

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE

PSEUDO-TURPINO

DISSERUIT

GASTON PARIS

JURIS LITTERARUMQUE LICENTIATUS

IN SCHOLA CHARTARUM QUONDAM ALUMNUS

Bruno Paulin

378

PARISIIS

APUD A. FRANCK, BIBLIOPOLAM

VIA RICHELIEU, 67

MDCCCLXV

Digitized by Google

PN
687
.C5
P97
P23

Cleveland Pub. Lib.
7-7-1926

Digitized by Google

VIRO

DOCTISSIMO

ATQUE HUMANISSIMO

JOSEPHO VICTORI LE CLERC

HOC

QUANTULUMCUNQUE SIT

GRATI REVERENTISQUE ANIMI TESTIMONIUM

D. D. D.

Scriptor.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE

PSEUDO-TURPINO.

Pauci exstant libri qui et medio ævo magis floruerint et recentibus temporibus inter doctos homines frequentius versati fuerint ac illa quæ vulgo nominatur « Historia Caroli Magni et Rolandi », Turpino, Remensi archiepiscopo, adscripta. Cujus et permulti nobis relicti sunt codices manuscripti, et quinque typis mandatæ editiones; longe tamen plures invenies, si et translationes addideris et fere innumeros *Chronicorum* scriptores, variis utentes linguis, qui Turpini librum suis inseruerunt historiis. Deest tamen, qua me maxime, hoc aggredientem opusculum, indigere dolui, editio critica; et de tempore, auctore, causa hujus libri docti etiamnunc plerique dissentiunt. Non me equidem spero de omnibus istis integram et inexpugnabilem reddere posse rationem; hoc enim illi demum contingere posse opi-

Digitized by Google

nor, qui omnes codices comparaverit; rectam tamen viam ad explicationem hujus, ut ita dicam, a plerisque desperati griphi me fortasse judicabunt periti indicavisse.

I.

De Turpino doctorum sententiæ.

Nulla priscis sæculis de Turpini auctoritate video dubia orta. Ipse Schardius, qui princeps latinum Turpini textum edidit, illi inter sinceros historicos locum impertiri videtur (1). Sed vix post illam editionem aliquot annis elapsis, Papirius Masso, bellum Caroli hispanicum referens, Turpini libro se nullam adhibere fidem profitetur : « Ab homine, inquit, imperito et mendaci scriptum multa arguunt... Libellus iste ab homine otioso in juventutis gratiam scriptus videtur, non multo post Caroli Calvi imperium (2). »

Plane inutile nunc videtur demonstrare librum ab eo cujus nomen præfert scribi non potuisse. Quis tamen ille fuerit, et quare adulteræ operæ patronus datus sit, paucis dicendum. Tylpinus (3), nomine ut videtur germanico, revera Remensi Ecclesiæ præfuit, et circa annum DCCC defunctus est (4). In antiquissimis heroicis

(1) Vide Schardii epistolam dedicatoriam.

(2) *Annalium* (Lutetiæ, Chesneau, 1578), lib. II, p. 97.

(3) Sic eum vocat Frodoardus (lib. II, c. XVII) et ejus epitaphium ab Hincmaro scriptum, quod Frodoardus libro inseruit.

(4) Vide Daunou (*Biographie universelle*, s. v. *Turpin*).

Digitized by Google

carminibus personam valde commendabilem induit (1), sed ejus nomen, vulgi ore paulum deformatum, hic *Turpinus* sonat. Ejus in bello hispanico gesta præcipue decantabantur, hocque inductus fuisse videtur libelli nostri auctor qui, non jam Tylpini, sed, ut *gestorum cantilenæ*, Turpini nomine fabricationem suam decoraret (2); inde etiam sumpsit ut virum ecclesiasticum non solum voce sed propria manu infidos debellantem christianosque in bello adjuvantem depingeret.

Illud quoque, temporibus nostris, absque demonstratione intelligunt omnes, quod tamen plerique anteriores docti non viderunt, Turpini librum non fontem esse poesis nostræ epicæ, sed contra a carminibus vulgaribus illa mutuasse quæ similia illis refert. Hoc jam animadverterat vir scientiæ et intelligentiæ non mediocris Oihenart (3); sed ferme usque in nostros dies contraria opinio fautores invenit, præsertim apud Anglos. Quam et poesis epicæ naturam historiamque et libellum ipsum sane inspicientibus refutare minime utile videtur.

Quæ autem in his sæculis duobus de *Chronici Turpiniani* auctore et tempore sententiæ exstiterint prætermittere non possum, quamquam omnes in hoc peccant, uti fusius explicabo, quod de toto opere tanquam unius auctoris judicant, atque uni tempori vel patriæ tribuunt.

(1) Ut in *Roland, Aspremont, Ogier le Danois,* etc. In hoc ultimo carmine vere præsulis partes agit, in aliis et militis.

(2) Tulpinum, vel etiam Tylpinum, habent nonnulli codices, iique antiquiores.

(3) *Notitia utriusque Vasconiæ* (Parisiis, 1638, in-4), p. 397.

Digitized by Google

Inde evenit, ut quisque singulares perpendens locos, vix reliquo libro accurate lecto, de summa operis sententiam ferat quæ illi minime, cuidam tamen parti nonnunquam apte congruat.

Primus, ut vidimus, Masso Pseudo-Turpinum non multum post Caroli Calvi tempora vixisse censet, eo verisimiliter nulla alia ratione inductus, quam quod anteriorem non posse fuisse videret. Non longe ab hoc abest Petrus de Marca, qui eum in decimo sæculo sistit; unum tamen addit, idque non ineptum, auctorem nempe Hispanum fuisse (1). At germanicus scriptor Gryphiander, in scripto cui titulus « De Weichbildis Saxonicis (p. 35) » illum fuisse Robertum monachum contendit, cujus habemus relationem primæ hierosolymitanæ expeditionis, sed inanibus usus argumentis, Robertum præterea S. Dionysii monachum appellans, qui revera S. Remigii erat, in diœcesi Remensi. Guido Allard ad calcem parvi opusculi, quod ceterum magna eruditione instructum esse non videtur, hæc verba scripsit : « *J'ajouteray que le Roman de l'archevêque Turpin de l'an* 1092 *et celui de Girard de Vienne, de* 1130, *ont été composés dans Vienne, le premier par un moine de Saint-André, et l'autre par je ne sçay qui* (2). » Testimonia vero proferre, quibus nova roboraretur opinio, operæ pretium esse non judicavit; sicque, exterioribus argumentis destituta, usque ad nostros dies neglecta vel cursim tantum memorata ejus sententia remansit (3).

(1) *Histoire de Béarn* (Paris, 1635, in-fol), p. 135.
(2) *Bibliothèque du Dauphiné* (Paris, 1680, in-18), p. ult.
(3) De *Girardo Viennensi* errare videtur Allard, quum hoc opus

Digitized by Google

Vir doctissimus inter nostros abbas Lebeuf, in dissertatione quam Academiæ inscriptionum litterarumque, mense augusto anni 1747, recitavit (1), auctorem et Hispanum fuisse et monachum, et circa finem undecimi sæculi vixisse defendit; quæ de certa parte tantum libri vera sunt. Argumentis ergo nonnullis quibus usus est ad comprobandam opinionem suam et ego inferius uti potero, eorum tamen vim accurate restringendo..

Uno verbo refellit doctus abbas Casimiri Oudini conjecturam, quam postea Lambecius aliique secuti sunt, neminem scilicet alium auctorem falsi chronici esse atque papam Callistum II, qui et illud pontificali epistola authenticum declaravisset (2). Jam divulgaverant Vossius et alii, Callistum papam Turpini historiam pro vera habendam statuisse, epistola scilicet quam Vossius publicavit; Vossiique ipsius sententiam amplexus est Oudinus. Sed nec hujus epistolæ a catholicis scriptoribus impugnatam sinceritatem, nec suam de Callisti auctoritate opinionem ullis argumentis stabilivit eorum alteruter; ideoque diu contempta, saltem apud nostros, intactaque jacuit. Nam Germani atque Angli non raro eam adoptaverunt.

Nata hoc sæculo studia de poesi majorum nostrorum epica denuo virorum doctorum ingenium ad examinationem Pseudo-Turpini adduxere. Hoc primum illuxit, Turpinum non, ut antea credebatur, fontem, sed imitatorem

et non paulo recentius, et a Bertrando Barrensi compositum sit. Aliud tamen de eodem Girardo, et antiquius, exstitisse videtur carmen (vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 325).

(1) *Histoire de l'Académie des Inscriptions*, t. XXI, p. 140-146.

(2) *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, t. II, p. 68.

Digitized by Google

carminum heroicorum esse; quod compluribus locis satis probavit hic minime tacendus pater meus (1). Ille etiam usque ad evidentiam ostendit hominem Hispanum nonnullarum sane partium auctorem esse, qui et Hispaniæ urbes historiamque plenius quam ab ullo tunc temporis Francigena exspectari potest novisset, et ecclesiæ Compostellensi laudes immoderatas tribuat. Denique primus rectam ingressus viam, comparans scilicet varios codices, eos multum inter se discrepare monstravit, et interpolationem a Sancti-Dionysii monachis factam, quæ multi ponderis in judicio nostro esse debet, patefecit. Non tamen inquisitionem illam quasi distinctum laborem aggressus est, sed Pseudo-Turpinum transeundo tantum, et aliis studiis occupatus, attigit.

Huic quæstioni se parum implicuerunt Germani, qui in permultis hujusce modi

Tantis e tenebris tam claram extollere lucem

valuerunt ; diversorum, qui antecesserant, sententias tantum collegerunt Bähr, Ideler, Grässe et alii. Ipse vir summus Guillelmus Grimm, in sua ad Conradi Presbyteri *Ruolandes Liet* præfatione, Turpini chronico, cujus solerti manu succum expressit ad illustrandam Runciævallensis prœlii historiam, ætatem auctoremque assignare non tentavit.

At homo Gallus, nec ingenio destitutus nec acumine, Franciscus Genin, antiquam quidem Oudini opinionem amplexus est in præfatione ad illam editio-

(1) Préface de *Berte aus grans piés; Manuscrits françois,* t. I, p. 211-221, etc.

Digitized by Google

nem *Cantilenæ Rolandi*, sed et suam fecit, præferens ut omnino novam, et vere novis fulcire tentavit argumentis. Contendit enim primo Pseudo-Turpinum non Hispanum fuisse, sed Gallum, deinde eum Callistum papam fuisse. Contra hispanicam originem debilissimis argumentis utitur : gallicas enim locutiones objicit, quæ non minus hispanæ quam ceteris novi Latii linguis competunt, et etymologiam *Francorum* nominis, quæ in ea, ante multis annis detecta, interpolatione Sancti-Dionysii monachorum invenitur. Melius de Callisto : ostendit enim (quod et alii fecerant) multa in libro ad glorificationem Compostellæ tendere, et, quod novum erat, Callisti fratrem, Raimundum Burgundionem, comitem fuisse Galletiæ, Compostellæ habitavisse, sicque Callisto vel ejus cognatis gratam fuisse Compostellæ exaltationem, frequentesque ad Compostellam ita dictas *peregrinationes* utiles. Mox Callistum papam librum quem ipse archiepiscopus fecerat commendavisse narrabat, non absurda conclusione. Sed rem omnem miserrime Genin perdidit, quum et totum librum uno judicio comprehenderit, et longe meliores allatis rationes neglexerit, et pessimum, magnæque levitatis documentum, argumentum admiserit. Exstat enim epistola Gaufridi, Vosiensis prioris, historici satis noti, qua Turpini librum, sibi nuper ab Hesperia, ut dicit, allatum, clero Lemovicensi commendando mittit ; quam epistolam Oihenart edidit et Bayle (s. v. *Turpin*) ab illo mutuatus est (1). Quid inde secutum sit iterum docet quam facile

(1) Exstat in codice Bibl. Imp. Lat. 5452 : vide infra.

Digitized by Google

litterati sibi invicem fidem addant, et ideo quam facile exemplum unius multi sequentes errorem sæpe non levem sibi « quasi cursores » tradant. Turpinum Florentiæ anno MDCCCXXVIII homo operosior quam gravior Ciampi edidit, qui Baylii commentationem quum semel legisset, ibique et Gaufridi epistolam (ab Oihenarto decerptam) et Guidonis Allard quam exposui sententiam invenisset, duas res illas ita miscuit et conturbavit, ut hæc in *præfatione* scriberet : « *In un codice veduto da M. Pihenart* (sic)..... *era una prefazione che è riportata nel dizionario della storia critica del Bayle, e fu scritta da un tal Goffredo priore del monasterio di S. Andrea di Vienna nel Delfinato* (*anno* 1092). » Illum, pene incredibilem, memoriæ vel calami lapsum multi pie rescripserunt, ut verborum ditissimus ille, eruditionis pauper Ferrario, qui etiam *Pihenart* non omisit (1). Excusandum tamen apud viros qui Turpini brevem et desultoriam mentionem faciebant; quid de nostro dicendum, qui nec Oihenart, nec ipsum Bayle legere dignatus, Italiani editoris testimonium pro Evangelii verbo, ut dicunt, habuit? Lectorem tamen monet Gaufridi epistolam apud Bayle et Oienhart (*sic*) inveniri, sed ipse illam ibi minime quæsivit. Scribit ergo audacter, postquam dixerit Guidonem, Viennensem archiepiscopum (postea Callistum II), *Historiam Caroli Magni et Rolandi* anno MXC vel sequenti confecisse : « *En* 1092, *le prieur de S. André se charge de lancer dans le monde l'œuvre de son évêque; il la donne*

(1) *Storia ed Analisi*, I, 18.

Digitized by Google

comme un manuscrit venu des pays du couchant, de l'Hespérie, etc. (*Chanson de Roland, Préface*, p. xxxv.) » Hoc tamen leve : quod secutum est, quo dignum est nomine? Objecta nempe talia compilanti levitas, verum patefactum : accusantibus ita respondit Genin : « *M. Ciampi a donné son édition d'après un des plus vieux manuscrits de la Laurentienne* (1). » Jam hoc non verum est; codex enim quo Ciampi usus est suus erat, ut in *Præfatione* docet, et anno MCC exaratus; sed pergamus : « *Ce manuscrit portait, en tête de l'épître liminaire, Viennensis et non Vosiensis, et cette particularité est une des preuves de la supériorité de ce texte sur ceux dont on s'était servi jusque-là* (*Lettre à un ami*, p. 16.) » Retulimus quid de Gaufridi epistola Ciampi noverit : nostri audaciam silenter miremur. His et aliis ejusdem modi non multus favor istius editoris opinioni comparari poterat; eam igitur eruditi non videntur admisisse. Suspensa quæstio mansit, et quodam modo fastidita; nam præter nominatos nullum video doctum qui criticam artem huic labori applicare tentaverit.

Ipse illud opus non aggressus est, qui tamen rectam viam talia tentaturis indicavit, V. Cl. Victor Le Clerc, quum de peregrinationibus ad Sanctum Jacobum in *Historia Galliæ litteraria* ageret; hæc enim ibi scripsit : « *On pourrait rechercher, en comparant les diverses copies de cette singulière légende, quelles interpolations sont venues d'âge en âge l'accroître et la défigurer.*

(1) Illum nunc possidet *Bibliotheca Magliabecchiana*; Gaufridi epistolam nullomodo continet.

Digitized by Google

Peut-être ne trouverait-on point nécessaire de conclure que tout l'ouvrage soit originaire d'Espagne (1). » Arbitratus est ergo vir doctissimus opus Turpino adscriptum non pro unius hominis vel etiam temporis aut patriæ labore habendum esse, sed paulatim variis interpolationibus vel in Gallia vel in Hispania librum olim parvulum succrevisse.

Ferme idem censuit et paulo fusius explicavit vir permagnæ eruditionis E. du Méril, in libro quem, multis jam annis elapsis, publici juris fecit. Hæc enim, inter cetera quæ minus comprobata videntur, declarat : « *Le texte des manuscrits présente de si notables différences, que leur comparaison seule fait douter qu'ils soient la copie d'un seul ouvrage..... Une lecture attentive de la prétendue chronique de Turpin n'y laisse plus voir qu'un pêle-mêle de traditions recueillies çà et là sans ordre, remaniées sans critique..... Aussi le cadre restait-il ouvert à quiconque voulait y introduire des changements..... Dans un livre ainsi écrit par tout le monde, le défaut d'unité devait être sensible; aussi les répétitions et les contradictions sont-elles assez évidentes pour révéler son origine. Le commencement semble composé par un Espagnol, tout préoccupé de la gloire de saint Jacques. A la fin, au contraire, le premier rang appartient à saint Denis; l'intention de l'auteur est manifeste, et on reconnaît, à l'explication du nom des Francs, que la tradition était française* (2). » Non videtur vir eruditissimus in illis ultimis capitulis in-

(1) *Histoire littéraire de la France*, XXI, 273.
(2) *Histoire de la poésie scandinave*, Prolégomènes, p. 506-507.

Digitized by Google

terpolationem cognovisse quam, duobus annis ante verba illa scripta, detexerat, ut dixi, pater meus. Recte tamen et de summa operis judicat, et, ni fallor, de priore ejusdem parte. Indicat etiam comparandos esse codices, quod tamen ipse non fecit, ideoque non semper quam optimis opinionem suam munivit argumentis.

Hæ doctorum de Pseudo-Turpino sententiæ. Antequam ipse libri judicium aggrediar, editiones et codices quorum mihi copia fuit notos faciam.

II.

Pseudo-Turpini editiones et codices.

Primus, ut jam dixi, Simon Schardius Turpini historiam, inter « Germanicarum rerum quatuor vetustiores chronographos », Francofurti, anno 1566, *in-folio* edidit. Mox Reuberus in « Veterum scriptorum qui Cæsarum et Imperatorum germanicorum res per aliquot sæcula gestas litteris mandarunt tomo uno, » Francofurti; anno 1584, *in-folio*, Schardiano tam similem secutus est codicem ut ambæ editiones coram critico pro una haberi possint. Nihil etiam novi attulerunt Joannis, qui Reuberi collectionem Hanaviæ, anno 1619, rursum publicavit, vel Reiffenberg qui Reuberianum textum ad calcem primi voluminis suæ Philippi Mousket editionis affixit. Dedit tamen ille

Digitized by Google

posterior supplementa quædam quæ Lambecius, e Cæsareo codice, in tomo secundo suorum in Bibliothecam Vindobonensem commentariorum, publici juris fecerat, Kollariusque recuderat in « Analectis Vindobonensibus. »

Vere autem aliam editionem dedit, ut supra memoravi, Florentiæ, anno 1822, Sebastianus Ciampi, non quod omnes vel saltem complures evolverit codices, sed librum sequendo qui a Schardiano Reuberianoque non parum distabat. Quum ergo quatuor priores editiones uno eodemque judicio comprehendamus, unaque littera (R) in secutura discussione notemus, Ciampiana et re distinguenda et alio signo (C) indicanda erit. Dolendum est tamen illum editorem codici quem præ se habebat non se semper submisisse, sed Reuberiani textus lectiones sæpius in suum admisisse, hocque non semel, sicut ipse fatetur, silenter. Valde operæ pretium esset, codicibus comparatis et illa parte criticæ artis adhibita quæ in recensendis libris exercetur, tandem Pseudo-Turpini bonam dare editionem, quam adhuc minime possidemus.

Codices numerat Augustus Potthast, in libro cui titulus « Bibliotheca historica medii ævi », circiter L; in quibus numerandis potius citra veritatem remansit quam ultra progressus est. Equidem in Bibliotheca Imperiali Parisiensi XX inspexi, qui, uti paulo post videbimus, non paucis inveniuntur in rebus differre. Viginti ergo et duo, cum Reuberiana et Ciampiana editionibus, textus habemus, qui tamen paulo exactius introspicienti non ita multi apparent. Est enim aliquas librorum discernere familias. Hoc tamen non meum est,

Digitized by Google

sed venturi editoris; mihi sufficiet breviter indicare quibus inter se maxime distent codices (1). Ciampiana editio, quam, ut ceteris commodiorem, vulgo designamus, constat XXXII capitulis et prologo. Non parum differunt in variis codicibus capitulorum distinctiones, sed hoc nostra parum refert. Prologum tamen omittunt nonnulli codices (FMOXY et ipse Ciampianus), capitulum tertium (*Nomina villarum et urbium quas acquisivit Carolus in Hispania*) altera editio et codex unus (P). Post ultimum capitulum varii codices varia afferunt, de quibus disseretur, sed quæ ad librum Turpini ab ipsis scriptoribus pertinere non credebantur : quorum pars major in supplementis Lambecianis edita est.

Prologum plane alium codex unus (O) servavit; epistolam Gaufridi Vosiensis unus quoque, ut supra dixi (V); in tribus (AKS) inveniuntur quædam verba prologi quæ in ceteris aliter reportantur : idem dicendum de capitulo XXXI, quod in codicibus A et S a ceteris differt.

(1) Quibus litteris usus sim ad distinguendos codices et editiones hic notabo :

A. Notre-Dame 133.
B. S. Germain 465.
C. Ciampiana editio.
D. S. G. 1046.
E. S. G. 1306.
F. Fr. 124.
G. S. Victor 574.
H. L. 3550.
I. L. 3632.
J. L. 3768.
K. L. 4895 A.
L. Supplementa Lambeciana.
M. L. 4998.
N. L. 5697.
O. L. 5925.
P. L. 5943 B.
Q. L. 6041 A.
R. Reuberiana vel Reiffenbergiana editio.
S. L. 6187.
T. L. 6188.
V. L. 6189.
X. L. 7531.
Y. L. 5452.

Digitized by Google

Vetustissimus codex A, quem omnino sequitur S; ceteri, præter O et P, cum editionibus generaliter conveniunt.

His præmissis opus ipsum, Ciampianam sequentes editionem, aggrediamur.

III.

Capitula quinque priora.

Jam dixi Pseudo-Turpinum unius hominis vel temporis opus non esse. Hoc nunc demonstrandum, et quærendum an uniuscujusque partis auctorem vel auctores assiduo studio elicere valeamus.

Prologi locum obtinet in editionibus epistola Turpini ad Leobrandum, decanum Aquisgranensem. Deest hic prologus, ut dixi, in codice Ciampiano et pluribus aliis, diversum omnino affert O. Posteriorem illum censeo, qui editus est, quinque sequentibus capitulis : et his quinque tantum capitulis librum quondam constitisse, vel sine prologo, vel cum deperdito, vel cum illo qui in O invenitur.

Illa enim quinque priora capitula accurate legenti a sequentibus multum aliena apparent. Nusquam conatur scriptor lectoribus persuadere se Turpinum esse; Turpinum ipsum semel transeundo nominat, nec præter illum et Carolum ullum alium, quum posteriora capitula Saracenorum et Gallorum virorum nomina permulta jactitent. Nihil hic ad poesim epicam Francorum spectat,

Digitized by Google

nullæ *gestorum cantilenæ,* ut in sequentibus capitulis, sub latina narratione transparent.

Duæ maximum res notandæ : scriptoris pietas et Hispanicarum rerum scientia. Nihil narratur, præter Hispanica quædam, quod ad pietatem non spectet; non describuntur prœlia, non referuntur sermones, sed preces solum et miracula, et breviter, non narratæ verum affirmatæ, victoriæ. Si quæritur quæ causa ad hunc librum scribendum impulerit auctorem, nihil aliud voluisse invenietur ac sanctum Jacobum laudibus extollere et fideles hortari ad visitandum ejus sepulcrum; quare S. Jacobum persæpe inducit : ille est, qui Carolo somnianti apparet eumque in Hispaniam ire jubet, ille in cœlo *stellarum viam* jubet resplendere, quæ iter monstret, hæcque regi dicit : « Caminum stellarum quem in cœlo vidisti, hoc significat quod tu cum magno exercitu ad expugnandam gentem paganorum perfidam, et liberandum iter meum et tellurem, et ad visitandam basilicam meam et sarcophagum meum ab his oris usque ad Galletiam iturus es, et post te omnes populi, a mari usque ad mare peregrinantes, veniam delictorum suorum a Domino impetrantes illuc iterum ituri sunt... A tempore vero vitæ tuæ usque ad præsentis sæculi finem ibunt. Nunc autem perge qua citius poteris, quia ego ero auxiliator tuus in omnibus... » Et re vera nullum promptiorem auxiliatorem in bello habet Carolus quam Jacobum; quum se Pampilonam capere posse desperat, Jacobum invocat : « O beate Jacobe, si verum est quod mihi adparuisti, da mihi capere illam. Tunc, Deo donante et beato Jacobo orante, muri collapsi fun-

Digitized by Google

ditus corruerunt. » Post victoriam grates agit *Deo et sancto Jacobo ;* illius sepulcrum visitat, ibi episcopum statuit et canonicos; ecclesiæ multa largitur; in reliquis provinciis suis ecclesias in honorem sancti Jacobi ædificat. Cum quinto capitulo liber iste finem capere videtur : Carolus victor in imperium suum redit; quod facere volebat fecit: Hispaniam liberavit, sancti Jacobi sepulcrum ornavit, ecclesiam illi struxit; Jacobus pollicita adimplevit; nunc patet via *peregrinationibus.*

Hispanus erat, ni fallor, istorum capitulorum auctor; non facile credi potest Gallum ullum tot hispanica nomina cognovisse, tot civitates enumerare potuisse (1), de quibus aliquando historiunculas narrat, quæ in Hispania solum sciri poterant (2). Quin et res arabicas novit: refert enim (cap. 4) de idolo quodam Gaditano nonnulla quæ admodum similia historici libri Islamitarum narrant (3). Arabica ista tamen ut christianus recitat, multis adulteratis, et in alium sensum versis; sed quis Gallus hæc didicerat?

Hispanus plane maxima in sanctum Jacobum devotione patet, et cupiditate alienigenas ad visitandum ejus sepulcrum alliciendi. Non solum ergo Hispanus, sed Galletianus et Compostellensis esse debuit. Ecclesia enim

(1) Deest illud capitulum (ed. Ciampianæ tertium) in ceteris editionibus et in codice nostro P. Apud Ciampi multis erroribus laborat.

(2) Ut illa (secundum codicem A) : « Talaveria, quæ est fructifera... Osca, in qua XX turres numero esse solent... Bæcia vel Troissa, in qua fit argentum optimum, etc. »

(3) Adde talia : « Medina Celi, id est urbs excelsa... Salam, quod lingua arabica deus dicitur, etc. » Quid hoc significet non intelligo : « Urbs Bisertum, in qua milites fortissimi, qui vulgo dicuntur *Arabites* (vel *Arabit*), habentur. »

Digitized by Google

sancti Jacobi, quæ *Santiago de Compostella* dicitur, non paucos in undecimo sæculo scriptores habuit, qui inventionem sancti sepulcri narraverunt et virtutem reliquiarum corporis sancti prædicaverunt. Scienda ergo pauca de inventione ista et quibusdam aliis huc pertinentibus.

Quid de translatione corporis sancti Jacobi in Hispaniam per ejus discipulos sentiendum sit alii judicent; satis constat in nullis antiquis monumentis aliquid inveniri simile, et ipse Baronius incertissimam de hoc traditionem esse judicavit. In decimo, jamque in nono sæculo creditum fuisse corpus apostoli in Galletia jacere infitias iri non potest, quum et noni sæculi poeta Walafridus Strabo (vel si is non est alius quidam contemporaneus) et martyrologia Adonis Usuardique vulgarem fidem et jam inchoatas illuc *peregrinationes* referant (de quibus vide Bollandi *Acta Sanctorum mensis Julii*, tom. VI, p. 6). Conveniunt omnes has reliquias longum per tempus ignotas latuisse; sed quomodo et quando inventæ fuerint ambigitur.

Nullum vetus documentum affertur præter quamdam Alfonsi, regis Castellani, ad canonicos Turonenses epistolam, quam ipsi Bollandistæ, qui tamen veras contendunt esse reliquias, supposititiam declarant (l. l. p. 13). De diplomate Alfonsi Casti ad Theodomirum, Iriensem episcopum, corporis sancti inventorem, quid dicendum? Illud et etiam epistolam Leonis III papæ ad eumdem non minore falsitate laborare opinor. Si enim sinceræ hæ chartæ essent, quomodo fieri poterat ut in undecimo sæculo et sequentibus tam diversis modis narraretur, diversisque adscriberetur temporibus sancti corporis inventio?

Digitized by Google

Namque annis DCCXCVIII, DCCCVIII, DCCCXVI, DCCCXXVI et DCCCXXXV tributa est, variis ab auctoribus quos Bollandistæ referunt (l. l. p. 15); quum autem Leo III anno DCCCXVI defunctus sit, non possunt posteriores duo anni ab hominibus qui ejus novissent epistolam inventioni assignati fuisse.

Quin antiquissimi hujus rei historici, monachi nempe Compostellenses Munio Alfonsus, Hugo, Girardusque, qui in ultimis undecimi et primis duodecimi sæculi annis *Historiam Compostellanam* conscripserunt, tempus inventionis non plane noverunt : « Hoc, inquiunt, sub tempore Karoli Magni factum fuisse multis referentibus audivimus. » Eorum narratio ab aliis adoptata etiam nunc in Hispania a nonnullis defenditur : hoc ferme constat.

Corpus beati Jacobi transtulerunt ad Hispaniam discipuli ejus; appulerunt ad oras occidentalis littoris, Iriæ Flaviæ, urbi tunc temporis non contemnendæ, proximas; ratem ad petram alligarunt, quæ postea magna cum veneratione visitata fuit, et sanctas reliquias sepulcro marmoreo, in loco quodam distante Iria XII millia, mandarunt, desuperque cellam struxerunt. Postea, Saracenis terram occupantibus, oblivione obruta ossa jacuere, nemusque super collem crevit. Interea multi episcopi Iriensi ecclesiæ vicissim præfuerant, quorum nomina et aliunde ignota et in variis codicibus varia refert *Historia Compostellana*. Theodomirus ultimus, quum Christiani iterum Galletia potirentur, per miraculum, stellarum nempe super tumulum apparitionem, admonitus, sepulcrum invenit. (Hic multæ variationes : alii referunt angelos visos esse, alii lucem

Digitized by Google

quamdam supernaturalem, alii stellam non Theodomiro primo, sed pastoribus apparuisse : *Historia Compostellana*, omnium antiquissima, sicut retulimus narrat.) Nuntiato igitur prodigio et miro successu rex Alfonsus Iriam venit, sepulcrum invisit, et ecclesiam insuper, parvam et rudem quidem, instauravit, cui etiam terras dedit. Mox fama multos peregrinos ex alienis terris allexit, regesque succedentes donis majoribus sancti Jacobi sepulcrum cumularunt. At jam ab initio Alfonsus Carolum Magnum de hoc monuerat, qui et ipse sepulcrum visitavit magnisque donis ornavit, et a Leone papa impetravit, ut episcopus Iriensis in posterum prope ecclesiam sancti Jacobi habitaret, « ad locum qui tunc *Liberum Donum* vocabatur, nunc autem *Compostella* dicitur [*Historia Compostellana*, p. 70] (1) ».

Hanc *Historiam* jam diximus de inventione corporis sancti Jacobi antiquissimam proferre narrationem. Scripta Compostellæ fuit, quum episcopus ibi esset Didacus Gelmirez, qui postea a Callisto II papa archiepiscopalem titulum obtinuit. Homo fuit ingeniosus, vel etiam astutus, qui non parum ecclesiæ suæ profuit : conatus est, ni fallor, inventionis historiam quam verisimillimam condere, quum antea vel sola traditio, vel scripta a veritate historica nimis abhorrentia exstarent.

Postquam autem divulgata fuit historia illa, minime probabile videtur auctorem ullum tam ei contrarias fabulas scripsisse ac eas quas priora Pseudo-Turpini capitula continent : censendum ergo illa ante *Historiam*

(1) Ap. Florez, *España sagrada*, t. XX.

Digitized by Google

Compostellanam scripta, et quasi primum et adhuc rudem conatum fuisse reliquiarum sancti Jacobi sinceritatem demonstrandi. Circa undecimum sæculum medium ea composita fuisse putarem : non possunt enim facile antiquiora credi, quum Lotharingiam (cap. I) nominent, quæ vox ante decimi sæculi finem scripta haud invenitur.

Hæc suspicio variis argumentis roboratur. Videmus enim in his capitulis Compostellam semel nominari, hocque addito : « quamvis tunc temporis parva » (c. III) (1). In narranda Caroli Magni ad S. Jacobum peregrinatione hoc nomen omittitur, et tantum dicitur : « Visitato sarcophago beati Jacobi, venit ad *Petronum.* » *Petronum* vero illam petram vocabant cui ratis alligata fuerat, quæ sancti Jacobi corpus Iriam advexerat, et ab hac voce sumpsit Iria Flavia nomen novum *El Pedron,* quod nunc paulo mutatum *El Padron* sonat. Hic ergo nulla vestigia simultatis inter Iriam et Compostellam; at in fine undecimi sæculi discordia inter eas civitates orta est, quum utraque episcopalem titulum affectaret, et discordiæ illius in sequentibus capitulis manifestum apparet argumentum. Nomen ipsum Compostella, qui a *campo stellæ* originem traxisse dicitur, ante finem sæculi decimi non apparet, et in undecimo non frequens; sed posterius non potuisset in tali narratione pene omitti. Deinde in capitulo quinto beneficia referuntur quæ Carolus beati Jacobi basilicæ contulit, « tintinnabula scilicet palliaque, libros ceteraque ornamenta », quæ omnia

(1) Ciampi legit perperam *qualis* pro *quamvis.*

Digitized by Google

modica admodum et humilia videntur; credendum ergo scriptoris tempore modestam adhuc et humilem illam basilicam fuisse, validiusque videbitur hoc argumentum quum capitulum illud cum vicesimo comparaverimus. Vicesimum nempe tam magnos honores a Carolo Compostellæ collatos fabulatur, ut omnes reges et præsules Hispaniæ illi submiserit, et Compostellensem Ecclesiam cum romana et ephesiaca ceteris omnibus prætulerit, quod certe aliud tempus indicat et recentius. Nomina urbium quas Carolus cepit temporis etiam certiora essent documenta; sed hæc obscuritatibus scatent, quarum discussio Hispanos potius doctos ac Gallum decere videtur.

Vir inclitus, et de Hispaniæ historia multum meritus R. Dozy, librum recentiorem ex quarto censuit capitulo. Etiamsi erraverit, quod codices manuscriptos ignoranti nullam culpam affert, nonnulla valde digna quæ legantur retulit, et quæ omnino probant auctorem Hispanum fuisse. Ostendit enim narrationem illam de idolo Gaditano, quæ capitulum quartum complet, origine arabicam esse, et descriptionem Pseudo-Turpini cum aliis, in geographis Islamitis, comparat (1). Scilicet narrant utrique apud Herculis columnas ingentem statuam hominis auratam exstitisse, quæ clavem manu tenebat. Lapsa clavi, anno MX, credit Batavus scriptor in vicem ejus auratam clavam positam fuisse : quum autem Turpinus clavæ solum mentionem faciat, illum longum post MX tempus vixisse apparet. Jam illucet tam longum

(1) *Recherches sur l'Espagne*, t. II, p. 328, et *Appendice*, p. LXXIX.

Digitized by Google

tempus non necesse omnino esse; sed omnis argumentatio per se ruit, quum omnes codices *clavem*, nec *clavam* habeant; ipse Ciampi, qui *clavam* legit, in codice *clavem* fuisse dicit; interpretantur quoque translatores omnes (1) *clavem*, nec *clavam*. Lapsu igitur typographi hunc errorem in Schardianam editionem irrepsisse, ex ea vero in Reuberianam et Reiffenbergianam defluxisse censendum. Non minus adjuvant codices in ultima hujus capituli sententia; talis enim in editionibus legitur. « Quæ scilicet clava (clavis), ut ipsi Saraceni aiunt, a manu ejus cadet anno quo rex futurus in Gallia natus fuerit, qui totam terram hispanicam christianis legibus in novissimis temporibus subjugaverit; mox ut viderunt clavam (clavem) lapsam, gazis suis in terram positis, omnes fugiunt. » Jam sententiæ tenor postulat ut *viderint* et *fugient* scribatur, quod et codices habent : clavem ergo lapsam nesciebat scriptor noster. Ceterum dicit V. Cl. Dozy se, aliis argumentis inductum, Pseudo-Turpinum anno MC anteriorem non censere, nobisque scripsit se de hoc dissertationem meditari, quam nos ante hoc opusculum editum non legisse valde dolemus.

Auctor ergo illorum capitulorum Hispanus fuit et circa annum ML vixit; verisimillimum omnibus videbitur illum et monachum et Compostellensem fuisse. Jam diximus eum nusquam Turpini nomen affectare, sed historicam narrationem conscribere, nulla induta persona. Nonne ergo credi potest, illum codicis O (fol. 132) prologum ad hanc primam partem spectare, et, si non ip-

(1) Et gallicæ et ceteræ translationes. Unus, ut opinor, islandicus translator *clavam* legebat.

Digitized by Google

sum antiqui operis prologum, attamen huic præfixum fuisse ante sequentium capitulorum fabricationem, Turpinoque libelli attributionem? His verbis concluditur : « Et ne quis ammonitu suspectionis super hoc dubius habeatur, testimonio auctentice vetustatis suffulti, quemlibet fidelium credere monemus hec omnia deservire veritati. Quecumque enim pagine quam pro manibus habemus continentur gremio, ab antiquissimis hystoricis libris Ecclesie beati Jacobi de Gallecia habita sunt extracta; proinde huic opusculo non est fides deneganda, quum et eorum calamus hujus historie interpres exstitit, in quorum partibus istarum rerum contigit eventus. Quibus auctoribus certiores effecti hystoriam diligenter exequamur. » Non ergo Turpini, sed veterum Compostellensis Ecclesiæ librorum auctoritate fultus prologi auctor fidem libro adhibendam esse censet, quod vix factum fuisse crediderim, si sequentia capitula, in quibus Turpinus ut auctor de se loquens inducitur, cognovisset.

Sed et vestigia quædam reperiri possunt, in Ecclesia Compostellensi quondam opinionem viguisse narrationi nostrorum capitulorum non dissimilem; docet enim Florezius « Ecclesiam Compostellanam usque in hodiernum diem anniversarium in honorem Caroli Magni, die sexto Julii, celebrare, ut qui illi in magnis donis benefecerit (1). » Quam opinionem, ut a veritate nimis alienam, auctores *Historiæ Compostellanæ* non admiserunt, sed illam Caroli Magni memoriam aliter explicarunt, eum nempe narrantes a Leone papa translationem episcopalis

(1) *España sagrada*, t. XIX, p. 68.

Digitized by Google

sedis, quæ antea Iriæ fuerat, Compostellam impetravisse.

In summa censemus :

1° Quinque priora capitula reliquo libro anteriora esse, nec ab eodem auctore conscripta;

2° Illis non præsentem prologum, sed alium, et fortasse illum qui in codice O invenitur, antefixum fuisse;

3° Auctorem illorum Hispanum fuisse, ut qui res hispanicas melius norit quam de ullo tunc temporis Gallo credi possit;

4° Monachum fuisse in Compostella, et librum ad gloriam Ecclesiæ sancti Jacobi, et ad piarum illuc peregrinationum commendationem scripsisse;

5° Illum circa medium undecimum sæculum scripsisse, quum nec *Historia Compostellana* exstaret, nec inter Iriam et Compostellam simultas orta esset;

6° Illum personam Turpini non induisse, sed ut historicum locutum fuisse.

Quæ si jam verisimilia videntur, probabiliora apparebunt quum reliqua libri capitula perlustraverimus.

IV.

Libri pars posterior.

Si capitula VI-XXXII aspectu uno cum quinque prioribus contuleris, non negari potest inter ambas libri partes magnum discrimen exstare. Prior scriptor res

Digitized by Google

hispanicas satis callet, arabicarum etiam non omnino ignarus; posterior contra Saracenorum regum nomina affert, quæ nusquam nisi in nostris cantilenis reperiuntur : *Aigolandum, Marsilium*, ceteraque; verbum *Altumajorem* Cordubæ non ex arabico *Al-Mansûr*, sed ex gallico *Aumacor*, quod *Haut-Major* interpretatus esse videtur, fabricavit. — Prior Turpinum semel nominat, nec verbum facit quo eum libri auctorem esse lectori persuadere conetur; posterior compluries *ego Turpinus* dicit, seque semper Turpinum libri auctorem mentitur. —Prior nullum christianum bellatorem præter Carolum nominat; posterior permultos viros in heroicis poematibus illustres recitat. — Prior unum spectat, unum assequitur : laudem sancti Jacobi ejusque Ecclesiæ, liberationemque Hispaniæ Jacobi monitis susceptam et Jacobi auxilio effectam; ille Jacobum negligit : non jam ei debentur quæ fiunt miracula; de ecclesia sancti Jacobi unum quidem, idque fusius ac splendidius, loquitur capitulum, sed ita ut a priore narratione multum discrepet. — Prior nihil narrat auditores delectandi causa, nec prœlia describit, nec sermones interserit; posterior hoc tantum curare videtur ut lectori placeat talia prolixe narrando quæ tunc pulcherrima videbantur, prœlia nempe et singulares pugnas ex una parte; ex altera theologicas disputationes, pias historiunculas, ceteraque ejusdem generis (1). Unde clarum fit eumdem hominem quinque priora capitula et viginti septem sequentia scribere

(1) Vulgatas, et sub aliis diffusas nominibus, historiunculas inserit, ut eam quam alibi retulimus de rege Aigolando et pauperibus. Vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 291, et *Appendice*, n° XII.

Digitized by Google

non potuisse, quod nemo, puto, negabit qui librum diligenter legerit.

Illis xxvii posterioribus capitulis et prologus adnumerandus est qui in editionibus legitur, in quo Turpinus inducitur ad Leobrandum, Aquisgranensem decanum, opus suum mittens, excusaturque, quod in ceteris historiis tam magna tamque notanda pars vitæ Caroli Magni desideretur.

Non omnino persuasum habeo, illos xxvii capitulos ejusdem auctoris esse, sed ea in diversas partes resolvere tentanti nimiæ difficultates obstiterunt. Hoc forte alicui continget qui omnes codices comparaverit. Attamen jam notandum duas exstare recensiones, quarum unam in duobus tantum codicibus (A et S), alteram in ceteris reperimus. Posteriorem *Sandionysiacam* appellare licet, in qua et prologus et capitulum xxxi gravi interpolatione laborant. Sic enim in AS prologo legitur : « Magnalia que rex gessit in Hispania in nullis plene chronicis inveniuntur divulgata. Et ut mihi scripsistis ea plenarie repperire vestra nequivit fraternitas. » At in ceteris codicibus et editionibus (1) : « Etenim magnalia divulgata quæ rex in Hispania gessit, in sancti Dionysii chronico, ut mihi scripsistis, reperire plenarie auctoritas vestra nequivit; igitur auctorem illius, aut pro tantorum actuum scriptura prolixa, aut quia idem absens ab Hispania ea ignoravit, intentio vestra intelligat minime ea ad plenum scripsisse, et nusquam volumen istud ab eo discordasse. » Innuere his verbis interpolator videtur

(1) Convenit hic cum A S et K, qui codex tamen in capitulo xxxvi ceteros sequitur.

Digitized by Google

voluisse, sancti Dionysii monachos jam tempore Caroli Magni regum Francorum historiæ scribendæ officium habuisse, quod tamen non ante Sugeri tempus exstitit.

Similiter in capitulo XXXI sic AS : « Deinde veniens (Karolus) ad Ecclesiam beati Dionysii eumdem locum honoravit et obsecrationibus et oblationibus. » Cujus in loco hæc habet altera recensio : « Tunc adunato episcoporum et principum concilio in basilica sancti Dionysii, agens Deo gratias, qui sibi vim dederat paganam gentem subjugandi, omnem Franciam Ecclesiæ ejus in prædio dedit, sicut beatus Paulus apostolus et Clemens papa beato Dionysio in episcopatu antea illam præbuerant, et præcepit ut omnes Franciæ reges et episcopi, præsentes et futuri, pastori ejusdem Ecclesiæ essent obedientes in Christo, nec reges sine ejus consilio essent coronati, nec episcopi ordinati; nec apud Romam recepti essent aut damnati. Rursum post plurima dona præcepit, ut (1) eidem Ecclesiæ unusquisque possessor uniuscujusque domus totius Galliæ quatuor nummos annuatim ad ædificandam Ecclesiam daret, et omnes servos, qui hos nummos libenter darent, manumisit. Tunc beatum Dionysium, juxta ejus corpus stans, imploravit ut pro salute eorum qui libenter illos dabant Domino precem funderet, et pro Christianis similiter qui propria sua pro divino amore dimiserant, et in Hispania in bellis Saracenorum martyrii coronam acceperant. Nocte proxima regi dormienti beatus Dionysius apparuit, eumque excitavit, dicens : Illis qui tua admonitione et exem-

(1) Desunt apud Ciampi *præcepit ut*.

Digitized by Google

plo tuæ probitatis animati in bellis Saracenorum mortui et morituri sunt delictorum suorum omnium veniam, et illis qui nummos ad ædificandam Ecclesiam dant et daturi sunt gravioris sui vulneris medicamina a Deo impetravi. His a rege relatis, populi nummos saluberrimæ permissionis devotissime offerebant, et qui libentius reddebat *Francus sancti Dionysii* ubique vocabatur, quando liber ab omni servitute, rege præcipiente, erat; hinc mos surrexit, ut terra illa, quæ antea vocabatur *Gallia,* tunc *Francia* vocaretur, id est ab omni servitute aliarum gentium libera; quapropter *Francus* liber dicitur, quia super omnes gentes alias dominatio et decus illi debetur. » Monachorum sancti Dionysii manum hic agnoscimus, ideoque codex A (et cum illo S) omnibus anteponendus, qui ceterum vetustissimus est. Alia etiam ceteris meliora habet, ut in capitulo XII, quod nomina pugnatorum continet, nonnullis insulsis sententiis indiget, quas textui inseruere scribæ posteriores; sic, postquam Rolandum nominarunt, addunt: « Alius tamen Rolandus fuit, de quo nobis silendum est; » similiter post Arastagnum: « Alius tempore istius rex in Britannia erat, de quo mentio nunc ad plenum non fit; » post Engelerum: « Tempore istius Engeleri erat alius comes in Aquitania, scilicet in urbe Pictavorum, de quo non est modo dicendum, » et alia similia, quæ in A desunt. Quod tamen in A capitulum XXI desideretur scriptoris potius culpa ac codicis meritum esse videtur.

Hunc ergo textum qui in A datur inspiciamus. Auctorem Gallum fuisse et clericum negari non potest. Quando et ubi scripserit investigandum.

Digitized by Google

Jam nonnullis ostendit Lebeuf argumentis tempus circa finem undecimi sæculi vel initium duodecimi quærendum. In capitulo nempe XIV describuntur « ordines qui erant in convivio Caroli »; videt Aigolandus « quosdam habitu monachali atro tectos, quosdam canonicali habitu indutos, quosdam clericali habitu tectos ». Interroganti qui sint respondet Carolus : « Quos vides unius coloris indutos episcopi et sacerdotes nostræ legis sunt..... Quos habitu atro vides, monachi et abbates illi sanctiores sunt..... Quos habitu candido vides, canonici regulares dicuntur. » Quod monachos tantummodo nigros, quod canonicos candido indutos vestimento noverit auctor, abbati Lebeuf indicium est eum circa finem undecimi sæculi scripsisse (1). Idem ostendit in capitulo XIX disputatio theologica, in qua ante omnia Trinitatis dogma defenditur et explicatur : hoc enim spectare videtur ad refutationem Roscelini, qui, ut notum est, de Trinitate erraverat et anno MXCII damnatus fuit.

Capitulum vicesimum res Compostellenses rursum attingit, alteramque Caroli Magni ad sepulcrum sancti Jacobi viam narrat, novaque ejus in basilicam benefacta. Sed quantum illa a prioribus distant! Non jam « tintinnabulis et palliis, libris ceterisque ornamentis » Ecclesiam illam beat, sed, « coadunato in urbe Compostella episcoporum et principum concilio, instituit, amore beati Jacobi, quod cuncti præsulès et principes et reges christiani, Hispani scilicet et Galletiani, præsentes et futuri,

(1) *Hist. Acad. Inscr., l. l.*

Digitized by Google

episcopo beati Jacobi obedirent. » Aliud tempus, alios mores agnoscimus : superba ex humili facta est basilica. Nec satis : « Subjugavit rex eidem Ecclesiæ totam terram hispanicam et galletianam, deditque ei in dotem; præcipiens ut unusquisque possessor uniuscujusque domus totius Hispaniæ et Galletiæ quatuor nummos annuatim ex debito daret, et qui dabat ab omni servitute, rege præcipiente, liber erat. » Hic habemus exemplar quod secuti sunt monachi sancti Dionysii in pagina supra laudata. Fusius tunc scriptor demonstrare tentat, Ecclesiam Compostellensem Romanam tantum superiorem, Ephesiacam æqualem habere, hocque theologicis argumentis fulcit. Illud tamen nota dignum : « Apud Iriam præsulem minime instituit, quod illam pro urbe non reputavit, sed villam subjectam sedi Compostellanensi esse præcepit.» Ergo inter Iriam et Compostellam, quum ille scriberet, jam eruperat discordia; sibi vindicabat Iria titulum episcopalem; at Compostella archiepiscopatum affectabat. Hæc sub Didaco Gelmirez, qui anno MC Ecclesiæ sancti Jacobi præesse incepit, versabantur; quis talibus certaminibus finis fuerit, postea videbimus.

Unum hactenus constat : illum auctorem, quem Gallum et clericum fuisse vidimus, circa annun MC scripsisse, et amore singulari in Ecclesiam Compostellensem flagravisse, quod mirum quidem videtur, certissimum tamen demonstratur. Sed propius introspicere possumus.

Adsunt enim varia supplementa, quæ omnes fere codices afferunt, et in quibus Turpini mors ceteraque

Digitized by Google

narrantur. In secundo supplemento (1) narratur beati Turpini corpus « juxta Viennam, ultra Rodanum scilicet, versus Orientem, in quadam ecclesia olim sepultum fuisse. » Sicque prosequitur narrator : « Cujus sanctissimum corpus nostris temporibus quidam ex nostris clericis quodam sarcofago optimo, episcopalibus vestibus indutum, pelle propria et ossibus adhuc integrum invenerunt, et ab illa ecclesia, quæ vastata erat, detulerunt illud citra Rodanum in urbem, et sepelierunt eum in ecclesia alia ubi nunc veneratur. » Fuit ergo Viennensis auctor hujus capituli, ut ostendunt hæc verba, « quidam ex nostris clericis. » Sed eum quoque posterioris Pseudo-Turpini partis auctorem esse sine magna dubitatione admittere possumus. In illa enim narratur Turpinum Viennam perrexisse, « et ibi vulnerum cicatricibus verberibusque et percussionibus multisque alapis quas in Hispania retulerat angustiatum remansisse (c. XXX). » Quare Turpinus *Viennam* veniat, nullo modo declaratur, hocque et veræ historiæ et poesi epicæ contrarium. Fabula ista nullam ergo potest habere causam, nisi ad supplementum illud spectet, eique præparatio fiat. Eumdem igitur auctorem habent supplementum II et capitulum XXXI vel potius capitula VI—XXXII cum prologo; is auctor clericus erat Viennensis, circa MC scribebat, et Sancti Jacobi ecclesiam amabat laudibusque extollere studebat.

Congruunt igitur quæ indicia ex accurate investigato libro elicere potuimus cum illa notitia Guidonis Allard

(1) De his supplementis infra.

Digitized by Google

quam supra retulimus; verisimillimum ergo videtur illum, qui certissime eidem studio non vacaverat cui nos, alia et optima argumenta præ se habuisse ante quam talem pronuntiaret sententiam. Quare maxime probabile est Pseudo-Turpini posteriorem partem a monacho quodam sancti Andreæ Viennensi conscriptam fuisse.

Non tam libenter et annum reciperem quem Allard declarat, MXCII, sed potius intra annos MCX et MCXV fabricatum opus putarem. Episcopus enim Viennensis factus est, anno MLXXXIII, Guido Burgundiæ, qui postea Callistus II nominatus est. Is, ut supra dictum, frater Raimundi, comitis Galletiæ, erat, et anno MCVIII, post mortem Raimundi, ivit ipse Compostellam. Hic fortasse eum secutus est monachus ille de quo agitur; ibi invenit priora libri capitula, eaque et in patriam secum reportavit et persequi statuit. Compostellæ Ecclesiam extollere episcopo Guidoni ipsi, ut vidimus, jucundum esse debebat; non minus monacho nostro, qui et episcopum delectare et fratribus in Compostella complacere volebat. Quum tamen ipse non jam, ut prior scriptor, Compostellensis esset, sancti Jacobi ejusque Ecclesiæ plerumque oblitus est, eorumque in uno pene capitulo mentionem fecit, in capitulo XX, ut diximus, tam magnificam quidem ut satis haberent Compostellenses. Quin ferme dicerem illud capitulum ei a Compostellensi clero suppeditatum esse, qui et aliud ac cetera sapiat et quædam proferat quæ tunc temporis in Compostella cogitabantur, imo superbiora et altiora. Hæc, exempli gratia, in jam sæpius laudata *Historia Compostellana* leguntur, ubi narratur Ecclesiam Roma-

Digitized by Google

nam diu legitimis votis episcoporum sancti Jacobi, archiepiscopalem titulum postulantium restitisse : « Verum tamen unum quid ad hoc impetrandum admodum impediebat, videlicet Romani resistentes huic petitioni aiebant : hactenus Compostellana Ecclesia superba et arrogans nobis extitit, hactenus Romanam Ecclesiam non ut dominicam, sed quasi sibi comparem respexit et invita famulata est ei.....Verebatur siquidem Romana Ecclesia ne Compostellana Ecclesia, tanto subnixa apostolo, adeptis juribus ecclesiasticæ dignitatis, assumeret sibi apicem et privilegium honoris in occidentalibus Ecclesiis, et sicut Romana præerat Ecclesia et dominabatur ceteris Ecclesiis propter apostolum, sic et Compostellana Ecclesia præesset et dominaretur occidentalibus Ecclesiis propter apostolum suum. Quod Romana Ecclesia et tunc nimium verebatur, et usque hodie veretur et præcavet in futurum (1). » Similia præfert capitulum xx, Romam tamen jure priorem confessum, Ephesumque associans : « Sicut per beatum Joannem evangelistam, beati Jacobi fratrem, in orientali parte, apud Ephesum Christi fides et apostolica sedes instituitur; sic per beatum Jacobum in occidentali parte apud Galletiam fides eadem apostolica constituitur..... Tres apostolicas sedes præ omnibus sedibus in orbe merito religio christiana venerari præcipue consuevit : Romanam scilicet, Galletianam et Ephesianam. Sicut enim tres apostolos, Petrum scilicet, Jacobum et Joannem, præ omnibus apostolis Dominus instituit, quibus sua secreta ceteris plenius, ut

(1) Florez, *España sagrada*, l. l.

Digitized by Google

in Evangelio patet, revelavit; sic per eos tres has sedes præ omnibus cosmi sedibus reverendas constituit. Et merito hæ sedes dicuntur principales : quia sicut hi tres apostoli dignitatis gratia ceteros præcesserunt apostolos, sic loca illa sacrosancta, in quibus prædicarunt et sepulti fuerunt, dignitatis excellentia totius orbis sedes jure præcedere debent. Jure romana sedes apostolica præponitur, quia eam princeps apostolorum Petrus prædicatione sua et proprio sanguine et sepultura dedicavit. Compostellana quoque sedes secunda merito dicitur, quia beatus Jacobus, qui inter ceteros apostolos præcipue dignitate et honore ac honestate major post beatum Petrum exstitit, et in cœlis primatum super ceteros tenet, prius martyrio laureatus, eam prædicatione sua olim munivit, sua sanctissima sepultura consecravit, et miraculis adhuc illustrat, indeficientibus beneficiis indesinenter ditare non cessat. Tertia sedes recto Ephesus dicitur, etc. » Compostellæ quoque dicerat noster Iriam « pro urbe reputandam non esse », ceteraque similia.

Papa factus est Guido, defuncto Gelasio II, anno MCXIX, jamque anno MCXX Compostellæ, quæ speraverat, beneficia contulit. Titulum archiepiscopalem Didaco Gelmirez dedit, Iriensibus, veterem episcopatum saltem repetentibus, non annuit, et Compostellam metropolim hispanicarum Ecclesiarum fecit. Simul et Didacum epistola monuit concilium Compostellæ convocare, quod et ille anno MCXXI fecit.

Ante hos eventus scriptum librum censeo; non verbum enim de archiepiscopatu facit, quod certe fecisset

Digitized by Google

si jam exstitisset; ceterum *ad impetrandam Compostellæ illam dignitatem* scriptum videtur. Tum, post electionem Callisti II, alio Viennam tenente episcopo, monachus Sancti Andreæ non jam easdem causas habebat Compostellam magnificandi; denique, si diceretur eum summo Pontifici placere voluisse, responderemus Callisto minime placere debuisse, postquam papa factus fuit, quæ supra ex capitulo xx retulimus.

Viennæ ergo, intra annos MCIX et MCXIX a monacho S. Andreæ conscripta fuit Pseudo-Turpini pars posterior. Hanc a priore jam hoc differre diximus quod et *gestorum cantilenas* admittat, et plerumque delectationem tantummodo legentis spectet. Scripsit auctor præsertim alios seque ipsum juvandi causa, et in iis solum quæ ad Compostellam spectant narrationem aliis consiliis deservire voluit, excepto quod hoc semper, ut monachum decebat, suadet et intimat, ecclesias exstruendas et donis permultis cumulandas esse, sicque certissime ad cœlum recta pergere via qui vel plurima admisisset peccata : utque tam pulchrum præceptum cordi altius infigatur, ultimis exprimitur verbis, sicut in fabulis Æsopicis ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι : « In hoc exemplo datur intelligi quod qui ecclesiam ædificat regiam Dei sibi præparat, a dæmonibus, ut Carolus, eripitur, et in cœlesti regia subsidiis sanctorum, quorum ædificat basilicas, collocatur. »

Nobis tamen cetera grata sunt, quæ nempe poeticas narrationes, truncatas quidem et fucatas maleque relatas, attamen antiquas continent : hocque tantum digna miserrima fabula quæ legatur et critico studio submittatur.

Digitized by Google

non potuisse, quod nemo, puto, negabit qui librum diligenter legerit.

Illis XXVII posterioribus capitulis et prologus adnumerandus est qui in editionibus legitur, in quo Turpinus inducitur ad Leobrandum, Aquisgranensem decanum, opus suum mittens, excusaturque, quod in ceteris historiis tam magna tamque notanda pars vitæ Caroli Magni desideretur.

Non omnino persuasum habeo, illos XXVII capitulos ejusdem auctoris esse, sed ea in diversas partes resolvere tentanti nimiæ difficultates obstiterunt. Hoc forte alicui continget qui omnes codices comparaverit. Attamen jam notandum duas exstare recensiones, quarum unam in duobus tantum codicibus (A et S), alteram in ceteris reperimus. Posteriorem *Sandionysiacam* appellare licet, in qua et prologus et capitulum XXXI gravi interpolatione laborant. Sic enim in AS prologo legitur : « Magnalia que rex gessit in Hispania in nullis plene chronicis inveniuntur divulgata. Et ut mihi scripsistis ea plenarie repperire vestra nequivit fraternitas. » At in ceteris codicibus et editionibus (1) : « Etenim magnalia divulgata quæ rex in Hispania gessit, in sancti Dionysii chronico, ut mihi scripsistis, reperire plenarie auctoritas vestra nequivit; igitur auctorem illius, aut pro tantorum actuum scriptura prolixa, aut quia idem absens ab Hispania ea ignoravit, intentio vestra intelligat minime ea ad plenum scripsisse, et nusquam volumen istud ab eo discordasse. » Innuere his verbis interpolator videtur

(1) Convenit hic cum A S et K, qui codex tamen in capitulo XXXVI ceteros sequitur.

Digitized by Google

voluisse, sancti Dionysii monachos jam tempore Caroli Magni regum Francorum historiæ scribendæ officium habuisse, quod tamen non ante Sugeri tempus exstitit.

Similiter in capitulo XXXI sic AS : « Deinde veniens (Karolus) ad Ecclesiam beati Dionysii eumdem locum honoravit et obsecrationibus et oblationibus. » Cujus in loco hæc habet altera recensio : « Tunc adunato episcoporum et principum concilio in basilica sancti Dionysii, agens Deo gratias, qui sibi vim dederat paganam gentem subjugandi, omnem Franciam Ecclesiæ ejus in prædio dedit, sicut beatus Paulus apostolus et Clemens papa beato Dionysio in episcopatu antea illam præbuerant, et præcepit ut omnes Franciæ reges et episcopi, præsentes et futuri, pastori ejusdem Ecclesiæ essent obedientes in Christo, nec reges sine ejus consilio essent coronati, nec episcopi ordinati; nec apud Romam recepti essent aut damnati. Rursum post plurima dona præcepit, ut (1) eidem Ecclesiæ unusquisque possessor uniuscujusque domus totius Galliæ quatuor nummos annuatim ad ædificandam Ecclesiam daret, et omnes servos, qui hos nummos libenter darent, manumisit. Tunc beatum Dionysium, juxta ejus corpus stans, imploravit ut pro salute eorum qui libenter illos dabant Domino precem funderet, et pro Christianis similiter qui propria sua pro divino amore dimiserant, et in Hispania in bellis Saracenorum martyrii coronam acceperant. Nocte proxima regi dormienti beatus Dionysius apparuit, eumque excitavit, dicens : Illis qui tua admonitione et exem-

(1) Desunt apud Ciampi *præcepit ut*.

Digitized by Google

plo tuæ probitatis animati in bellis Saracenorum mortui et morituri sunt delictorum suorum omnium veniam, et illis qui nummos ad ædificandam Ecclesiam dant et daturi sunt gravioris sui vulneris medicamina a Deo impetravi. His a rege relatis, populi nummos saluberrimæ permissionis devotissime offerebant, et qui libentius reddebat *Francus sancti Dionysii* ubique vocabatur, quando liber ab omni servitute, rege præcipiente, erat; hinc mos surrexit, ut terra illa, quæ antea vocabatur *Gallia,* tunc *Francia* vocaretur, id est ab omni servitute aliarum gentium libera; quapropter *Francus* liber dicitur, quia super omnes gentes alias dominatio et decus illi debetur. » Monachorum sancti Dionysii manum hic agnoscimus, ideoque codex A (et cum illo S) omnibus anteponendus, qui ceterum vetustissimus est. Alia etiam ceteris meliora habet, ut in capitulo XII, quod nomina pugnatorum continet, nonnullis insulsis sententiis indiget, quas textui inseruere scribæ posteriores; sic, postquam Rolandum nominarunt, addunt: « Alius tamen Rolandus fuit, de quo nobis silendum est; » similiter post Arastagnum : « Alius tempore istius rex in Britannia erat, de quo mentio nunc ad plenum non fit; » post Engelerum : « Tempore istius Engeleri erat alius comes in Aquitania, scilicet in urbe Pictavorum, de quo non est modo dicendum, » et alia similia, quæ in A desunt. Quod tamen in A capitulum XXI desideretur scriptoris potius culpa ac codicis meritum esse videtur.

Hunc ergo textum qui in A datur inspiciamus. Auctorem Gallum fuisse et clericum negari non potest. Quando et ubi scripserit investigandum.

Digitized by Google

Jam nonnullis ostendit Lebeuf argumentis tempus circa finem undecimi sæculi vel initium duodecimi quærendum. In capitulo nempe XIV describuntur « ordines qui erant in convivio Caroli »; videt Aigolandus « quosdam habitu monachali atro tectos, quosdam canonicali habitu indutos, quosdam clericali habitu tectos ». Interroganti qui sint respondet Carolus : « Quos vides unius coloris indutos episcopi et sacerdotes nostræ legis sunt..... Quos habitu atro vides, monachi et abbates illi sanctiores sunt..... Quos habitu candido vides, canonici regulares dicuntur. » Quod monachos tantummodo nigros, quod canonicos candido indutos vestimento noverit auctor, abbati Lebeuf indicium est eum circa finem undecimi sæculi scripsisse (1). Idem ostendit in capitulo XIX disputatio theologica, in qua ante omnia Trinitatis dogma defenditur et explicatur : hoc enim spectare videtur ad refutationem Roscelini, qui, ut notum est, de Trinitate erraverat et anno MXCII damnatus fuit.

Capitulum vicesimum res Compostellenses rursum attingit, alteramque Caroli Magni ad sepulcrum sancti Jacobi viam narrat, novaque ejus in basilicam benefacta. Sed quantum illa a prioribus distant! Non jam « tintinnabulis et palliis, libris ceterisque ornamentis » Ecclesiam illam beat, sed, « coadunato in urbe Compostella episcoporum et principum concilio, instituit, amore beati Jacobi, quod cuncti præsules et principes et reges christiani, Hispani scilicet et Galletiani, præsentes et futuri,

(1) *Hist. Acad. Inscr.*, *l. l.*

Digitized by Google

episcopo beati Jacobi obedirent. » Aliud tempus, alios mores agnoscimus : superba ex humili facta est basilica. Nec satis : « Subjugavit rex eidem Ecclesiæ totam terram hispanicam et galletianam, deditque ei in dotem; præcipiens ut unusquisque possessor uniuscujusque domus totius Hispaniæ et Galletiæ quatuor nummos annuatim ex debito daret, et qui dabat ab omni servitute, rege præcipiente, liber erat. » Hic habemus exemplar quod secuti sunt monachi sancti Dionysii in pagina supra laudata. Fusius tunc scriptor demonstrare tentat, Ecclesiam Compostellensem Romanam tantum superiorem, Ephesiacam æqualem habere, hocque theologicis argumentis fulcit. Illud tamen nota dignum : « Apud Iriam præsulem minime instituit, quod illam pro urbe non reputavit, sed villam subjectam sedi Compostellanensi esse præcepit.» Ergo inter Iriam et Compostellam, quum ille scriberet, jam eruperat discordia; sibi vindicabat Iria titulum episcopalem; at Compostella archiepiscopatum affectabat. Hæc sub Didaco Gelmirez, qui anno MC Ecclesiæ sancti Jacobi præesse incepit, versabantur; quis talibus certaminibus finis fuerit, postea videbimus.

Unum hactenus constat : illum auctorem, quem Gallum et clericum fuisse vidimus, circa annun MC scripsisse, et amore singulari in Ecclesiam Compostellensem flagravisse, quod mirum quidem videtur, certissimum tamen demonstratur. Sed propius introspicere possumus.

Adsunt enim varia supplementa, quæ omnes fere codices afferunt, et in quibus Turpini mors ceteraque

Digitized by Google

narrantur. In secundo supplemento (1) narratur beati Turpini corpus « juxta Viennam, ultra Rodanum scilicet, versus Orientem, in quadam ecclesia olim sepultum fuisse. » Sicque prosequitur narrator : « Cujus sanctissimum corpus nostris temporibus quidam ex nostris clericis quodam sarcofago optimo, episcopalibus vestibus indutum, pelle propria et ossibus adhuc integrum invenerunt, et ab illa ecclesia, quæ vastata erat, detulerunt illud citra Rodanum in urbem, et sepelierunt eum in ecclesia alia ubi nunc veneratur. » Fuit ergo Viennensis auctor hujus capituli, ut ostendunt hæc verba, « quidam ex nostris clericis. » Sed eum quoque posterioris Pseudo-Turpini partis auctorem esse sine magna dubitatione admittere possumus. In illa enim narratur Turpinum Viennam perrexisse, « et ibi vulnerum cicatricibus verberibusque et percussionibus multisque alapis quas in Hispania retulerat angustiatum remansisse (c. XXX). » Quare Turpinus *Viennam* veniat, nullo modo declaratur, hocque et veræ historiæ et poesi epicæ contrarium. Fabula ista nullam ergo potest habere causam, nisi ad supplementum illud spectet, eique præparatio fiat. Eumdem igitur auctorem habent supplementum II et capitulum XXXI vel potius capitula VI—XXXII cum prologo; is auctor clericus erat Viennensis, circa MC scribebat, et Sancti Jacobi ecclesiam amabat laudibusque extollere studebat.

Congruunt igitur quæ indicia ex accurate investigato libro elicere potuimus cum illa notitia Guidonis Allard

(1) De his supplementis infra.

Digitized by Google

quam supra retulimus; verisimillimum ergo videtur illum, qui certissime eidem studio non vacaverat cui nos, alia et optima argumenta præ se habuisse ante quam talem pronuntiaret sententiam. Quare maxime probabile est Pseudo-Turpini posteriorem partem a monacho quodam sancti Andreæ Viennensi conscriptam fuisse.

Non tam libenter et annum reciperem quem Allard declarat, MXCII, sed potius intra annos MCX et MCXV fabricatum opus putarem. Episcopus enim Viennensis factus est, anno MLXXXIII, Guido Burgundiæ, qui postea Callistus II nominatus est. Is, ut supra dictum, frater Raimundi, comitis Galletiæ, erat, et anno MCVIII, post mortem Raimundi, ivit ipse Compostellam. Hic fortasse eum secutus est monachus ille de quo agitur; ibi invenit priora libri capitula, eaque et in patriam secum reportavit et persequi statuit. Compostellæ Ecclesiam extollere episcopo Guidoni ipsi, ut vidimus, jucundum esse debebat; non minus monacho nostro, qui et episcopum delectare et fratribus in Compostella complacere volebat. Quum tamen ipse non jam, ut prior scriptor, Compostellensis esset, sancti Jacobi ejusque Ecclesiæ plerumque oblitus est, eorumque in uno pene capitulo mentionem fecit, in capitulo xx, ut diximus, tam magnificam quidem ut satis haberent Compostellenses. Quin ferme dicerem illud capitulum ei a Compostellensi clero suppeditatum esse, qui et aliud ac cetera sapiat et quædam proferat quæ tunc temporis in Compostella cogitabantur, imo superbiora et altiora. Hæc, exempli gratia, in jam sæpius laudata *Historia Compostellana* leguntur, ubi narratur Ecclesiam Roma-

Digitized by Google

nam diu legitimis votis episcoporum sancti Jacobi, archiepiscopalem titulum postulantium restitisse : « Verum tamen unum quid ad hoc impetrandum admodum impediebat, videlicet Romani resistentes huic petitioni aiebant : hactenus Compostellana Ecclesia superba et arrogans nobis extitit, hactenus Romanam Ecclesiam non ut dominicam, sed quasi sibi comparem respexit et invita famulata est ei..... Verebatur siquidem Romana Ecclesia ne Compostellana Ecclesia, tanto subnixa apostolo, adeptis juribus ecclesiasticæ dignitatis, assumeret sibi apicem et privilegium honoris in occidentalibus Ecclesiis, et sicut Romana præerat Ecclesia et dominabatur ceteris Ecclesiis propter apostolum, sic et Compostellana Ecclesia præesset et dominaretur occidentalibus Ecclesiis propter apostolum suum. Quod Romana Ecclesia et tunc nimium verebatur, et usque hodie veretur et præcavet in futurum (1). » Similia præfert capitulum xx, Romam tamen jure priorem confessum, Ephesumque associans : « Sicut per beatum Joannem evangelistam, beati Jacobi fratrem, in orientali parte, apud Ephesum Christi fides et apostolica sedes instituitur ; sic per beatum Jacobum in occidentali parte apud Galletiam fides eadem apostolica constituitur..... Tres apostolicas sedes præ omnibus sedibus in orbe merito religio christiana venerari præcipue consuevit : Romanam scilicet, Galletianam et Ephesianam. Sicut enim tres apostolos, Petrum scilicet, Jacobum et Joannem, præ omnibus apostolis Dominus instituit, quibus sua secreta ceteris plenius, ut

(1) Florez, *España sagrada*, l. I.

Digitized by Google

in Evangelio patet, revelavit; sic per eos tres has sedes præ omnibus cosmi sedibus reverendas constituit. Et merito hæ sedes dicuntur principales : quia sicut hi tres apostoli dignitatis gratia ceteros præcesserunt apostolos, sic loca illa sacrosancta, in quibus prædicarunt et sepulti fuerunt, dignitatis excellentia totius orbis sedes jure præcedere debent. Jure romana sedes apostolica præponitur, quia eam princeps apostolorum Petrus prædicatione sua et proprio sanguine et sepultura dedicavit. Compostellana quoque sedes secunda merito dicitur, quia beatus Jacobus, qui inter ceteros apostolos præcipue dignitate et honore ac honestate major post beatum Petrum exstitit, et in cœlis primatum super ceteros tenet, prius martyrio laureatus, eam prædicatione sua olim munivit, sua sanctissima sepultura consecravit, et miraculis adhuc illustrat, indeficientibus beneficiis indesinenter ditare non cessat. Tertia sedes recto Ephesus dicitur, etc. » Compostellæ quoque dicerat noster Iriam « pro urbe reputandam non esse », ceteraque similia.

Papa factus est Guido, defuncto Gelasio II, anno MCXIX, jamque anno MCXX Compostellæ, quæ speraverat, beneficia contulit. Titulum archiepiscopalem Didaco Gelmirez dedit, Iriensibus, veterem episcopatum saltem repetentibus, non annuit, et Compostellam metropolim hispanicarum Ecclesiarum fecit. Simul et Didacum epistola monuit concilium Compostellæ convocare, quod et ille anno MCXXI fecit.

Ante hos eventus scriptum librum censeo; non verbum enim de archiepiscopatu facit, quod certe fecisset

Digitized by Google

si jam exstitisset; ceterum *ad impetrandam Compostellæ illam dignitatem* scriptum videtur. Tum, post electionem Callisti II, alio Viennam tenente episcopo, monachus Sancti Andreæ non jam easdem causas habebat Compostellam magnificandi; denique, si diceretur eum summo Pontifici placere voluisse, responderemus Callisto minime placere debuisse, postquam papa factus fuit, quæ supra ex capitulo xx retulimus.

Viennæ ergo, intra annos MCIX et MCXIX a monacho S. Andreæ conscripta fuit Pseudo-Turpini pars posterior. Hanc a priore jam hoc differre diximus quod et *gestorum cantilenas* admittat, et plerumque delectationem tantummodo legentis spectet. Scripsit auctor præsertim alios seque ipsum juvandi causa, et in iis solum quæ ad Compostellam spectant narrationem aliis consiliis deservire voluit, excepto quod hoc semper, ut monachum decebat, suadet et intimat, ecclesias exstruendas et donis permultis cumulandas esse, sicque certissime ad cœlum recta pergere via qui vel plurima admisisset peccata : utque tam pulchrum præceptum cordi altius infigatur, ultimis exprimitur verbis, sicut in fabulis Æsopicis ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι : « In hoc exemplo datur intelligi quod qui ecclesiam ædificat regiam Dei sibi præparat, a dæmonibus, ut Carolus, eripitur, et in cœlesti regia subsidiis sanctorum, quorum ædificat basilicas, collocatur. »

Nobis tamen cetera grata sunt, quæ nempe poeticas narrationes, truncatas quidem et fucatas maleque relatas, attamen antiquas continent : hocque tantum digna miserrima fabula quæ legatur et critico studio submittatur.

Digitized by Google

V.

Supplementa.

Cum capitulo XXXII finem habent Turpini editiones. Lambecius tamen, ut supra diximus, supplementa quatuor edidit, quæ post eum et Kollarius et Reiffenbergius dedere. Tres capitula post illud XXXII afferunt omnes codices qui hoc ipsum continent, quorum primum quoddam Rolandi facinus, in deperdita cantilena celebratum, perperam narrare vult (1), secundum, ut diximus, mortem Turpini et inventionem corporis ejus in Vienna, tertium quid Galletiæ post mortem Caroli Magni advenerit refert.

Duo priora ejusdem esse reor auctoris qui et capitula VI-XXXII fecit; cur dubitari non possit eumdem hominem cap. XXXI et suppl. II scripsisse, dixi supra, eumque ita Viennensem argui. Sed notandum est, codicum quos inspexi *octo* (2) huic capitulo illum præfigere titulum :

« Calixtus papa de inventione corporis beati Turpini episcopi et martyris. »

Nullus eorum qui Callistum totius operis auctorem esse contenderunt hoc vidit, quo fretus sententiam suam tantum roborasset. Quid de hoc sentiendum inferius videbimus; deest hæc inscriptio in duobus antiquioribus codicibus A S.

Tertium additum capitulum, de fatis Galletiæ, non

(1) Vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 287.
(2) Codd. B, E, G, H, I, J, N, Q.

Digitized by Google

jam ejusdem est auctoris. Hic recentior est, et in Galletia non fuerat; dicit enim, aliquod referens prodigium : « Narrant peregrini, qui huc ivere. » Notandum est historiam quæ in hoc capitulo narratur in aliqua parte veram esse. Anno DCCCCXCVII invasit Almanzor (hic Altumajor) Galletiam, narrantque nonnulli historici libri quod et noster, exercitum nempe dysenteria laboravisse eumque sepulcrum Sancti Jacobi non violavisse. Verisimile est aliquem *peregrinum* hoc in Galletia audiisse, auctorique nostro, qualiscunque fuerit, retulisse : hoc ille pulchrum, ut ei videbatur, miraculum Turpino suo addidit, quod et alii ab eo desumpserunt.

Nec capitulorum VI-XXXII auctori quartum supplementum tribuendum esse censeo, quod septem liberales artes fusius describit et explicat. Scripserat ille « septem artes, inter cetera, miro modo, in palatio Caroli depictas esse, » quo quidam usus est ut suam de his doctrinam in apertum proferret. Hoc tamen, quod capitulo XXXI attinet, editiones quidem omittunt, sed in nullo codice deesse animadverti.

In multis codicibus (A B E, etc.), et aliud invenitur capitulum, cujus jam V. Cl. Victor Le Clerc in supra laudata opera mentionem fecit (1), hoc titulo : « De isto quod Navarri non de vera prosapia sunt geniti : » illud Galletiani odii, ut arbitror, in vicinos testimonium, quidam verisimiliter peregrinus Compostella redux, ibi audita sequens, notavit.

(1) *Histoire littéraire de la France*, XXI, 281.

Digitized by Google

In duobus tantum codicibus, omnium antiquissimis, A et S, ultimum supplementum invenitur; titulo caret, sic autem incipit : « Karolus rex cur appellatus sit *Magnus* dubia multorum opinio est. Sed ne fame licentia vulneretur fides, causam paucis reddam. » Narratur ideo historiuncula, quam alibi retuli (1), de ursa a Karolo occisa, quod revera de Karolo Martello dictum, ex vita sanctæ Amalbergæ illuc compilator quidam inseruit (2). Ex eodem fonte sequentia hausit, de quibus quoque in alio libro locutus sum : « Victor hic bestiarum et omnium certaminum molli vulneratur libidine. Erat illic virgo sacra nomine Amalberga, *etc.* (3). » Quæ post eum Philippus Mousket et alii recitaverunt.

Quæ in multis codicibus sequuntur, ut *Miracula Sancti Jacobi*, *Itinerarium peregrinorum* (4) et alia, hoc tantum cum Pseudo-Turpino connectuntur, quod et auctores habent qui Compostellensem ecclesiam et peregrinationem magnificare intendebant.

VI.

Inter codices Pseudo-Turpini quamdam familiam notamus, quæ præter ipsum Turpinum varia opuscula continet, inter quæ nonnulla sunt Callisto papæ tributa, ut *Sermones in honorem sancti Jacobi* Compostellæ

(1) *Hist. poét. de Charlemagne*, p. 376.
(2) Ib., p. 442.
(3) Ib., p. 382.
(4) De hoc *Itinerario* valde lectu dignam vide Victoris Le Clerc dissertationem (*Histoire littéraire de la France*, XXI, 281-292).

Digitized by Google

anno MCVIII habiti, — *Miracula sancti Jacobi* (vel saltem *Præfatio* in *Miracula*); — *Translatio sancti Jacobi* (vel saltem *Prologus* in *Translationem*). Iidem sunt hi codices, qui supplementum secundum, de inventione corporis Turpini, Callisto, ut supra diximus, vindicant. — In quibusdam tandem et *Epistola Callisti* legitur, qua Turpinum authenticum declarat, christianosque omnes monet ei fidem adhibendam esse (1).

Hæc omnia ergo ad idem convergunt, et uni judicio submittenda sunt : vera omnia aut falsa omnia haberi debent. *Miracula sancti Jacobi* Callisto denegaverunt et Bollandistæ et D. Rivet in *Historia litterarum gallicarum*, nec injuria. *Præfatio* enim illa, sive *Epistola dedicatoria* Didaco Gelmirez mittitur, sed et Guillelmo patriarchæ Hierosolymitano, quum tamen Callistus anno MCXXIV defunctus, Guillelmus vero patriarchæ dignitatem anno MCXXX adeptus sit. In hac epistola dicit Pseudo-Callistus, postquam libri ipsius veracitatem professus sit, eumque clericis legendum docuerit : « Idem de historia Karoli, quæ in hoc codice ante miracula beati Jacobi continetur, et a beato Turpino, Remensi archiepiscopo, describitur, statuimus. » Inde sumpserunt *Chronicum magnum belgicum* et Rolewinck in *Fasciculo temporum* Callistum « Turpinum statuisse »; quod recentiores, nescio quibus freti argumentis, eum anno MCXIX in concilio Remensi fecisse dixerunt; sed acta istius concilii nihil hujusmodi continere facile Lebeuf aliique ostendere.

(1) Edita a P. Paris (*Mss. françois*, t. I, p. 215).

Digitized by Google

Miracula sancti Jacobi ergo falsa; *Sermones de sancto Jacobo* non sinceriores esse D. Rivet verisimillimum fecit. Quid de historia inventionis Turpini censendum pauci dubitabunt, epistolamque qua summus Pontifex Turpinum authenticum declarat veram asserere nemo, ut opinor, confidet, qui et Romanæ curiæ stylum et criticæ artis elementa paululum calleat.

Series igitur illa ab uno eodemque fonte probabiliter defluit, quæ non has tantummodo nugas fudit. Exstat enim in iisdem codicibus hæc epistola, Innocentio II papæ tributa, de cujus falsitate silebo, quum et indicia permulta sint, et vir doctissimus L. Delisle illa mox patefacere intendat :

« Innocentius episcopus, servus servorum Dei, universis Ecclesie filiis salutem et apostolicam benedictionem in Christo. Hunc codicem, a Domino papa Calixto primitus editum, quem Pyctavensis Aimericus Picaudus de Partiniaco veteri, qui et Oliverus de Yscanivilla sancte Marie Madalene de Vizeliaco dicitur, et Giberga Flandrensis socia ejus, pro animarum suarum redemptione, sancto Jacobo Galetianensi dederunt, verbis veracissimum, actione pulcherrimum, ab heretica et apocripha pravitate alienum,et inter ecclesiasticos codices autenticum et carum fori auctoritas nostra vobis testificatur, excommunicans et anathematizans, auctoritate Dei Patris omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, illos qui latores in itinere sancti Jacobi forte inquietaverunt, vel qui ab ejusdem apostoli basilica, postquam ibi oblatus fuerit, injuste illum abstulerunt vel frauda-

Digitized by Google

verunt. Valete. Confirmationes cardinalium (sequuntur nomina). »

Hanc epistolam jam edidit V. Cl. Victor Le Clerc in *Historia litterarum Gallicarum* (1), deque Aimerico Picaudo (2) conjecit eum fortasse codicis ipsius consarcinatorem fuisse. Certum est hunc librum post mortem Innnocentii II (MCXLIII) scriptum fuisse, sed non multo post. Aimericum credo Compostellam venisse, ibi Turpinum, in ecclesia servatum, librosque alios descripsisse, tunc in patria eos cum aliis rebus consuisse (præsertim cum miraculis sancti Jacobi prope Vizeliacum patratis et vita S. Eutropii Pictavensis), et codicem sic scriptum Compostellam rursus portavisse. Sed nonnulla addiderat, hæcque permagni ponderis : præfationem nempe ad *Miracula sancti Jacobi*, qua Callistus auctor libri dicitur : — nomen Callisti in titulo supplementi secundi Pseudo-Turpini, de inventione corporis sancti; — epistolam Callisti, qua Turpinum authenticum declarat. Horum omnium ille videtur solus auctor reputandus.

Circa annum MCL hæc fabricata arbitror; Turpinus ergo jam notus erat, codicesque, qui Callisti in supplemento secundo nullam mentionem faciunt, ex libris illo tempore anterioribus descripti sunt. Certum est ante annum MCLXVI Turpini librum in abbatia Sancti-Dionysii exstitisse; hoc enim scribit Aquisgranensis clericus qui anno illo *Vitam Caroli Magni*, jubente Friderico I imperatore (3), scripsit, tertium operis librum incipiens :

(1) T. XXI, p. 274.
(2) Eum potius Picaudi nominandum censet vir doctissimus.
(3) De qua vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 65.

Digitized by Google

« Initium ab ea epistola assumemus quam Turpinum, Remensem archiepiscopum, Leobrando Aquisgranensi decano transmisisse in chronicis Francorum apud Sanctum Dionysium in Francia repperimus. » Sed librum, ut videtur, nondum diu possederant Sancti Dionysii monachi ; non enim illa tum addiderant quæ ab eis in ceteros codices introducta notavimus. Hæc additamenta intra annum MCLXV et MCLXXXIII facta fuisse necesse est : hoc enim posteriore anno Gaufridus, prior Vosiensis, clero suo Turpinum cum epistola mittebat de qua supra locuti sumus (1), capituloque tricesimo primo jam ea inserebat quæ Sancti Dionysii monachi fabricaverant; etiamsi ergo se dicat librum *ex Hesperia* accepisse, illum a *Sancto-Dionysio* habuerat. Codex tamen ille, quem Aimericus Picaudus circa annum MCL Compostellam tulerat, ibi remansit et frequenter a peregrinantibus descriptus est. Sic, anno MCLXXIII, Rivipullensis quidam monachus ex eo *Sancti Jacobi miracula translationemque* et *Caroli Magni gesta in Hispania* sibi exscripsit, conventuique suo cum epistola misit, quam adhuc in codice Rivipullensi exstantem et in duobus Parisinis codicibus rescriptam nobiscum communicavit vir permagnæ et scientiæ et liberalitatis L. Delisle. Tale exemplar habuere et monachi Sancti-Dionysii, quod rursus exscripserunt, interpolato prologo et ca-

(1) Quædam verba, in hac epistola, Baylius prave exscripsit ab Oihenart, sicque semper edita sunt. Dicit enim Gaufridus se librum exscripsisse : « Non superflua, inquit, addens, sed que minus erant necessaria detrahens. » Legendum puto, *sed nec que*. Legit autem Bayle : « Non superflua subtrahens, sed que aderant necessaria addens, » quod nullum sensum dat, ab omnibus tamen adoptatum fuit.

Digitized by Google

pitulo XXXI; inde evenit ut hæc familia codicum quæ librum Aimerici Picaudi ut auctorem agnoscit, Sandionysiacis interpolationibus tamen laboret : sed ratus sum eas in codicibus deesse qui Compostellensem, donum Aimerici Picaudi, directe exscripsissent, ut in illo Rivipullensi, anno MCLXXIII exarato; quem si quis inspexerit, majorem lucem in has tenebras projicere poterit.

Ante annum MCLXXXVII scribebat Guibertus, abbas Gemblacensis, se in *Martini monasterio miracula sancti Jacobi* et Turpini librum reperisse (1). Jam codices istius ferme temporis habemus : exeunte sæculo duodecimo omnibus notus est Pseudo-Turpinus. Monachus Sancti-Dionysii, qui anno MCCV Galliæ historiam ex fontibus scribere inchoavit, Turpinum inter ipsas enumeravit, eumque in contextu etiam exscripsit (2). Albericus quoque Trium Fontium circa annum MCCXL historiæ suæ Turpinum inseruit, et ipse non paucis interpolavit fabulis, a cantilenis gestorum decerptis. Tum Vincentius Bellovacensis idem fecit, textum Pseudo-Turpini paulum coarctans; idem et prope omnes historiographi medii ævi, Turpinum aut exscribentes aut epitomantes. De historiis gallice scriptis inferius.

(1) *Histoire littéraire de la France*, X, 533.

(2) De Wailly, *Mém. de l'Acad. des Inscr.*, XVII, Pars secunda, p. 133.

Digitized by Google

« Initium ab ea epistola assumemus quam Turpinum, Remensem archiepiscopum, Leobrando Aquisgranensi decano transmisisse in chronicis Francorum apud Sanctum Dionysium in Francia repperimus. » Sed librum, ut videtur, nondum diu possederant Sancti Dionysii monachi ; non enim illa tum addiderant quæ ab eis in ceteros codices introducta notavimus. Hæc additamenta intra annum MCLXV et MCLXXXIII facta fuisse necesse est : hoc enim posteriore anno Gaufridus, prior Vosiensis, clero suo Turpinum cum epistola mittebat de qua supra locuti sumus (1), capituloque tricesimo primo jam ea inserebat quæ Sancti Dionysii monachi fabricaverant; etiamsi ergo se dicat librum *ex Hesperia* accepisse, illum a *Sancto-Dionysio* habuerat. Codex tamen ille, quem Aimericus Picaudus circa annum MCL Compostellam tulerat, ibi remansit et frequenter a peregrinantibus descriptus est. Sic, anno MCLXXIII, Rivipullensis quidam monachus ex eo *Sancti Jacobi miracula translationemque* et *Caroli Magni gesta in Hispania* sibi exscripsit, conventuique suo cum epistola misit, quam adhuc in codice Rivipullensi exstantem et in duobus Parisinis codicibus rescriptam nobiscum communicavit vir permagnæ et scientiæ et liberalitatis L. Delisle. Tale exemplar habuere et monachi Sancti-Dionysii, quod rursus exscripserunt, interpolato prologo et ca-

(1) Quædam verba, in hac epistola, Baylius prave exscripsit ab Oihenart, sicque semper edita sunt. Dicit enim Gaufridus se librum exscripsisse : « Non superflua, inquit, addens, sed que minus erant necessaria detrahens. » Legendum puto, *sed nec que*. Legit autem Bayle : « Non superflua subtrahens, sed que aderant necessaria addens, » quod nullum sensum dat, ab omnibus tamen adoptatum fuit.

Digitized by Google

pitulo XXXI; inde evenit ut hæc familia codicum quæ librum Aimerici Picaudi ut auctorem agnoscit, Sandionysiacis interpolationibus tamen laboret : sed ratus sum eas in codicibus deesse qui Compostellensem, donum Aimerici Picaudi, directe exscripsissent, ut in illo Rivipullensi, anno MCLXXIII exarato; quem si quis inspexerit, majorem lucem in has tenebras projicere poterit.

Ante annum MCLXXXVII scribebat Guibertus, abbas Gemblacensis, se in *Martini monasterio miracula sancti Jacobi* et Turpini librum reperisse (1). Jam codices istius ferme temporis habemus : exeunte sæculo duodecimo omnibus notus est Pseudo-Turpinus. Monachus Sancti-Dionysii, qui anno MCCV Galliæ historiam ex fontibus scribere inchoavit, Turpinum inter ipsas enumeravit, eumque in contextu etiam exscripsit (2). Albericus quoque Trium Fontium circa annum MCCXL historiæ suæ Turpinum inseruit, et ipse non paucis interpolavit fabulis, a cantilenis gestorum decerptis. Tum Vincentius Bellovacensis idem fecit, textum Pseudo-Turpini paulum coarctans; idem et prope omnes historiographi medii ævi, Turpinum aut exscribentes aut epitomantes. De historiis gallice scriptis inferius.

(1) *Histoire littéraire de la France*, X, 533.

(2) De Wailly, *Mém. de l'Acad. des Inscr.*, XVII, Pars secunda, p. 133.

Digitized by Google

VII.

Turpini translationes.

Multos Bibliotheca imperialis Parisina codices habet, in quibus gallicæ Turpini translationes leguntur; nondum accurate inspecti sunt, distinctæque translationes variæ. Quatuor vidimus, quarum tres intra duodecim priores annos XIII[i] sæculi compositæ sunt.

1° *Nicolai Silvanectensis.* Hæc in duobus codicibus, fr. 124 (quondam 6795) et 5714 (quondam 10307[5]) invenitur. Prologum edidit P. Paris (*Manuscrits françois*, t. I, p. 213), quem tamen hic subjicere necesse est : « *En l'enor nostre Segnior qui est Peres e Fils e Saint Esperis et qui est un Dex en trois personnes, e au nom de la gloriose mere madame saincte Marie, voil commencier l'estoire si cum li bons empereires Karlemaines en ala en Espagnie por la terre conquerre sour les Sarasins. Maintes gens si en ont oï conter et chanter, mes n'est si mençonge non ço qu'il en dient e en chantent, cil chanteor ni cil jogleor. Nus contes rimés n'est verais; tot est mençongie ço qu'il en dient; car il n'en sievent riens fors quant por oïr dire. Li bons Baudoins, li cuens de Chainau, si ama most Karlemaines. Ni ne vout onque croire chose que l'on en chantast; ainz fist cercher totes les bones abeïes de France e garder par totes les aumaires por saver si l'om i troveroit la veraie ystoire ; ne onques trover ne li porent*

Digitized by Google

li cler. Tant avint que uns sis clers si ala en Borgognie por l'estoire querre eissi cum à Deu plot : si la trova à Sans en Borgognie, icele istoire meismement que Turpins li bons arcevesques de Reins escrit en Espagnie, qui avec le bon empereur Karlemaines fu; e tot les miracles, e tot le conquest qu'il fit, por so qu'il sot que vers fu, si les escrivit par nuit et par jor quant il en avait lisir, si cum il li avenoient le jor. Dont on feist mieux cil à croire qui i fu, qui le vit, que ne font cil qui riens n'en sevent fors quant par oïr dire. Li clers au bon comte Baudoin contrescrit l'estoire e à son segnor l'aporta, qui most la tint en grant cherté tant que il vesqui. E quant il sot qu'il dut mourir, si envoia son livre à sa seror, la bonne Yolent la comtesse de Saint-Pou, e si li manda que par amor de lui gardast le livre cum ele vivroit. La bone comtesse ha gardé le livre jusqu'à ore. Or si me proie que je le mete de latin en romans sans rime; por ço que teus set de letre qui de latin ne le seust eslire, e por ce que par romans sera il mieus gardés. Or si orés que li bons arcevesques en raconte. »

Hæc Yolandis, soror Balduini V, dicti *Fortis*, comitis Flandrensis et Hannoniensis, post obitum prioris mariti anno MCXCVIII nupsit Hugoni de Camdavene, comitis Sancti-Pauli, qui anno MCCII crucem sumpsit et anno MCCV defunctus est. Vivebat Hugo et in Gallia adhuc, ut verisimile videtur, versabatur, quum nostra facta fuit translatio. Hæc enim ad calcem duorum codicum nostrorum leguntur : « *Deus doint au comte de Saint-Pou vie durable, qui la fist metre de latin en ro-*

Digitized by Google

mans sans rime, por mieus entendre. « Ergo intra annum MCXCV, quo Balduinus obiit, et annum MCCII, statuendum tempus istius operis, circa annum MCC probabilius.

Hæc translatio, in duobus nostris codicibus, gravissimis et miris interpolationibus laborat : alteri tamen junctus latini libri textus, qui translatorem infidum nequidquam clamat. Jam satis vidimus multos in falsificando et augendo Turpino occupatos; hoc tamen cetera longe post se relinquit.

Non ipsi translatori imputanda est, sed scribæ posteriori, interpolatio. Quibus constet primum dicendum est.

Non male sequitur textum translatio usque ad medium capitulum nonum. Hic, post verba : *et cepit eam* (*e si la prist*), ita persequitur : « *D'iloec si manda à Karle batallie qui esteit à Paris, e equi moime Karles s'en vinc en Beausse à une jornée de Paris, e arbergia tote l'oz en une terre loing d'eve; e quant il furent arbergé, li chevaler e li cheval muriont de sef par ço qu'il n'avoient point d'eve; e equi moime Karles fist oreizon à nostre Segnior, e qu'il lor donast eve, e il lor dona de l'eve aqui : par devant cheüne arbergie de baron sortit une fontaine la mieudre qui onques fust, e li Franceis s'en esjoïrent most. E par icel miracle si lo seguirent de France tuit qui onques armes pogrent porter. E adonc se mogui li bons rois, e vinc s'en à Saincte-Croiz d'Orliens, et d'iloec si s'en vinc à Saint-Martin de Tours, e vellia e fist oreizon à nostre Segnior e à monsegnior saint Martin qu'il li donessont veinctre les Sarrazins; e d'iloec si s'en vinc à Saint-*

Digitized by Google

Ylaire de Pestiers, e vellia, et comanda que l'om rendist à monsegnior saint Ylare chescuns quatre deniers, par ço qu'il deffendi tote Aguiaine d'aller en essil. E puis s'en vinc à Limoges à Saint-Marcau, e dona hi most granz dons à monsegnior saint Marcau. E d'iloec si s'en vinc à Sarlat, où il fist most riche yglise et most riche abeïe, e dona à l'abeïe quatre leguées de terre en toz senz. E puis si s'en vinc en Peiregorc à une fontaine arbergier, e trova iloec un bon home, et si li manda Karles, au bon home, que si il avoit vin, qu'il l'en donast; e li bons hom dist qu'il n'avoit vin, e tramist li de l'eve, e ço fu li mieudre vin dau monde. E au matin quant li rois se leva, si trova sa lance florie e bele e vert, e iloec si fit une riche abeïe que l'om apele Paonac, e dona hi most dau fust de la saincte veraie croiz. E Omonz par grant orguel manda à Karles qu'il li rendist treu, e tenguist tote France de lui, o si que non si s'en foïst, e Karles li manda que ço ne seroit ja. Adonc ala Omonz encontre Karle et deus cens mire Sarrazins por combatre ot lui. E issi cum Karles ferit en l'ost d'Oumont de l'une part, Girars dau Frade, dux de Lombardie, ferit de l'autre part ot trente mire chevalers qu'il avoit amené. Iceste batallie si fut entre does montagnies; l'une si a nom Apremont et l'autre Calabre. Iceste batallie dura dau matin tresqu'à la nuit. Adonc fit Karles oreizon à nostre Segnior, si que li jors li alongia; equi vinc Girars dau Frade, si prist lo tref d'Omont, e toz les Sarrazins qui dedans estoient. Adonc s'enfoï Omonz e Balanz; mes Ogiers prist Balant. E Karles segui

Digitized by Google

Omont, e si consut à une fontaine où il bevoit; e quant Omonz vit Karles, si ot vergognie, et Karles li dist : Montez, que conbatre vos estuet ot mei, e Omonz monta à cheval e ot most grant joie, e Omonz greva tant Karle que à la terre lo mist de son cheval, e li deslassot l'eaume quant Rollans vinc ob un pal e feri Omont sor le bras destre, si que l'espée li fit voler de la main, e prist moime l'espée e tolit li la teste e lo bras jusqu'au cobde. E puis s'en torna Karles à ses arbergies, e fist hi une abeïe que l'on apele Clairac; e por ço l'apelet l'om Clairac que nostre Sires li esclarsi lo jorn. E fist iloec sevelir deus mire companhons qui mort estoient en la batallie, e fist sevelir Gandebo devant l'outer, e fist hi metre en l'outer mainte saintuaire par amor de ceaus qui mort estoient en la batallie, e hi dona une leguée de terre en toz senz à l'abeïe. E de tot ço ne sevoit riens Aigolanz, ainz manda à Karle qu'il li rendist treu, e lui manda par trois rois, o si que non si s'en foïst de France. E equi moime Karles li tramist la teste d'Omont e le bras à tot l'anel. E quant Aigolanz le vist, si ot most grant doel, e tuit li Sarrazin firent most grant doel en la cité d'Agent. Après vinc Karles près d'Agent, e fit iloec une chapele de Saincte-Croiz, e iloec si fist Rollant chevaler; e Turpins li establit iloec XII compagnions qui ne li falissont, et ico furent li doze per, » Iterum sequitur translatio textum usque ad finem capituli noni; tum rursus incipit interpolatio : « *E Aigolanz s'en esteit ja venuz d'equi à Bordeu, e à una most grant ost, e ajosta tot ço que ajoster poet; e puis d'equi Aigolanz à Castellin ao passa Gironde, e*

Digitized by Google

ala s'en à Elleposelle (1), *qui lors estoit à Sarrazins e à ses comandamenz, et iloec s'aresta ob ses genz. E d'iloec manda à Karle qui estet à Agent batallie. Mes ançois que Karles se partist d'Agent, si hi fist evesque, e chanoines à Saint-Caprais. Adonc conquist Karles tot Ageneis, e puis se parti d'equi Karles e vinc s'en à Saint-Melion, e fist iloec l'abeïe. E puis s'en vinc à Ginstres sur la Droue, e fit iloec l'abeïe. E après tot droit s'en vinc à Tallieborc.* (Cod. 124, fol. 2, v° B—3 r° A). » Sic diu ulterius prosequitur.

Interpolator Sanctonensis erat : hoc illum arguit primo lingua, quam diligenter inspectam ut Sanctonicam designare certissime possumus, deinde ipsa interpolatio. Hæc enim ferme nihil aliud atque Sanctonicæ provinciæ descriptionem, vel potius illius urbium, vicorum, monasteriorum enumerationem continet. Præsertim narrantur corpora sancta in plerisque locis aut jacentia a Turpino inventa fuisse, aut a Carolo deposita ; ecclesiæque et capellæ et abbatiæ constructæ. Sic utitur interpolator fuga Aigolandi, quam Turpinus tantum exprimit, ut eum per omnes Sanctonicæ provinciæ locos, et usque ad insulam Oleronensem ivisse fingat, et in compluribus locis manum cum Karolo conseruisse. Visitavisse etiam Carolum complures locos narrat. Quin etiam, inaudito modo, et intellectu difficillimo, diplomatum vel contractuum inseri videntur fragmenta. At multa alia omnimoda huic farragini inseruntur : miracula (nonnullaque, ut jam vidimus, stultissima); poe-

(1) Sic Mediolanum Sanctonum (*Saintes*) vocat noster.

Digitized by Google

matis epici de *Aspero monte* (quam supra dedi), aliique deperditi de Burdegalæ obsidione, epitome (1); S. Eutropii et S. Hippolyti vita fabulosa, ceteraque novem prægrandes medias paginas (in codice 124) implentia. E quibus iterum paulo longius fragmentum inserere operæ pretium erit, ut illud vere rarum judicari possit monumentum : « *E Karlemaines entra enz en la vile* (*Elleposelle*), *e oucist toz ceaus qui ne vogrent estre crestiens, si prist Hunaut, si le fit baptizer, e fut baptizez en l'eglise saint Bebien e tuit soi compaignon. E Turpins cercha totes les iglises de la vile; ço fut la premiere qu'il trova que la saint Bebien. Après si troba icele saint Teofane, après icele Saint Troian où li cors de lui gisoit. Most fit Deus granz miracles pour lui; car quant li rois de Tolose teneit la cité d'Elleposelle, si avoit un son preost en la vile qui prist un bon home que saint Troianz avoit baptizé de ses mainz, et fit lo rendre .C. solz, e iques .C. solz tramist au roi de Tolose, e quant il les tramist lui, si devindrent charbon. E quant li rois les vit, si dist que oucun damagie avoit l'om feit au bon home, si les tramist li rois arreire au bon home, e quant li bons hom les tinc, si furent denier bon. Après Turpins si vinc au mostier Saint Soloine, e trova hi la vie de lui. E Guodomires fit oucire saint Symon pres de la cité d'Orliens, e par ço que peza à saint Soloine si lo fit oucire, e si li avoit assez servi. E iteu merite en ot Guodomires que cinc ans en fu cerz, e granz miracles*

(1) Vid. *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 261.

Digitized by Google

fit Deus par saint Soloine à sa mort e à sa vie. E après trova Turpins l'iglise saint Macou, qui fut un daus set sainz de Bretagnie, à qui li los servi de sa busche porter por ço qu'il li avoit mangié son ane (1)... *Adonc si tornarent en fuie, li Sarrazin droit à la navie à Forras, e li outre à Chastelallion. Karles segui à Chastelalion, e tot en fuiant entra s'en ob eaus si com Deus ploc, s'espée en sa main treite, e ocist les Sarrazins de la vile, qui ne croiant nostre Segnior; si comanda la vile à Talliefer de Leon qui comps esteit d'Enguolesme, e qu'il la gardast e tote la terre, si que à Saincte-Marie de la Porte-Deu, qui est sobre Sevre* (2)... *Apres s'en vinc Karles à Anseüne, e prist la, si la dona à Garin e tote la terre d'Arvert. Garins li comps fit l'abeïe de Vaus, e Turpins sacra l'outer devers le cloitre, où il mist most riche sainctuaire. Après nos en alames ensemble à Sainct-Saorin à l'iglise, e trovames hi le cors saint Valentin. Après nos en alames à Didona e à Susac, e prismes tote la terre, e ou chief de Susac fist Karles une chapele de Saint-Romain* (3)... *E puis l'abes de Charros dona tote la terre à son nevo Guilliaume de Fougeires, e li dist : Beaus niès, de tot so seras homs à l'abé de Charros, e saches que de ton homenagie te det doner l'abes X livres o deus chevaus, mes tu dez garder l'abé de Charros e les moines e l'iglise come ton cors* (4)... *E l'abes de Saint-Germain*

(1) F° 3, r° B, v° A.
(2) F° 4, r° A.
(3) F° 4, r° B.
(4) F° 4, v° A.

Digitized by Google

de Paris la dona (*Beaguie*) *à un son nevo, à Guilliaume de Paris, e li dist : Beaus niès, d'iceste terre seras hom à l'abé de Saint-Germain de Paris, e de ton homenagie si en rendras à l'abé XIII costeaus e un cuer de cerf* (1). »

Talia certe inter monstra litteraria numeranda; Sanctonensibus tamen haud inutilia historicis vel geographis, et quæ ab eruditis hominibus istius provinciæ non frustra investigarentur. Repetit tandem translatio illa mira textum latinum ineunte capitulo XI, et abhinc non multum ab eo aberrat.

Codex 5714 codici 124 anterior videtur. Hic enim præter Turpinum breve *Chronicum Regum Francorum* continet (de quo vide *Histoire littéraire de la France*, XXI, 741), cujus auctor verisimiliter idem ac Turpini interpolator fuit. Fontes enim e quibus hausit ferme iisdem additamentis adulteravit atque Turpinum, quamvis paulo moderantius; lingua eadem; complures nominantur qui et in Turpini translatione occurrunt; denique in ambobus, inter Caroli Magni commilitones, quidam numeratur *Taillefer de Leon, coms d'Angoulesme*, qui, aliunde plane ignotus, patrius heros, vel populo Sanctonensi celebratus, vel ab auctore creatus, haberi debet. Scriptor ergo *Chronici* Turpinum interpolavit, et codex 124 post codicem 5714 aut illius auctorem descriptus est. Ceterum codex 124 Sanctonicæ dialecti paulo obscuriora vestigia affert; verba suetiore modo scribun-

(1) F° 4, v° B.

Digitized by Google

tur; littera *a*, exempli gratia, in verborum fine non, ut in codice 5714, cum littera *e* contendit.

Sanctonensis certe non fuit ille qui Turpinum, jubente Yolande et marito ejus Hugone, in gallicum transtulit. Codex 5714, in fine, clausulam quam supra retulimus sic habet : « *Ci est fenia l'estoira. Des dont au conta de Saint Po via, qui la fit metra de latin en romanz senz rima por mieux entendra. Quar eço puet maint sen aprendra. Dites amen comunaument, que Des lor dont grant joia ensembla, e à Nicholas de Saint-Lis, cui grant henor dont Jhesu Crist. Amen.* » Saint-Lis in medio ævo pro Senlis sæpe scribitur; Silvanectensis ergo Nicolaus erat. Nequit igitur hoc nomen interpolatoris esse, qui Sanctonensis erat, sed translatoris, quod interpolator e codice non interpolato descripsit. Non ergo amplius auctor *Chronici Regum Francorum*, quod in codice 5714 continetur, haberi debet Nicolaus Silvanectensis, sed anonymus; Nicolaus autem, anno circiter MCC, Pseudo-Turpinum Gallicum fecit, quem, non multo post (1), miro modo Sanctonensis anonymus, Chronici auctor, interpolavit.

Hæc translatio anno MDXXVII, Parisiis, typis mandata fuit, quanquam sæpe dictum est in illa editione translationem Roberti Gaguini exstare, quod minime verum esse monstravit J. C. Brunet in libro cui titulus *Bibliopolæ Enchiridion* (2). Recte quoque dicit idem scriptor hoc non puram esse translationem : « *L'auteur y a ajouté diverses circonstances, toutes de son imagination, et*

(1) Ante MCCL scripti videntur ambo codices.
(2) In novissima editione, t. V, p. 981.

Digitized by Google

qui font de ce livre un véritable roman de chevalerie.» Habuit nempe editor sexti decimi sæculi præ se codicem plane iisdem interpolationibus laborantem atque ambo quos supra descripsi, Sanctonicoque restitui monacho; eum tamen, paulum quidem, coarctavit, et linguam sæculo suo accommodavit. Hujus renovatoris prologum operæ pretium videtur transcribere, quum et eum antiquo libro usum esse testetur, et temporis hujus, quo omnes nuper recuperatam antiquitatem ut pueri imitabantur, ingenium redoleat; postquam enim Franciscum regem sic allocutus fuerit : « *A tres excellent, superillustre et tres chrestien roy de France François premier de ce nom, en toute obedience et humble reverence, salut et felicité,* » ita incipit noster : « *Demetrius Phalereus avoit de coustume* (*ainsi que tesmoigne Plutarche*) *admonester Ptolemée, roy d'Egypte, à ce qu'il eust les livres esquelz estoient escriptes les hystoires et beaulx faictz des nobles et vaillantz princes du temps passé;* » quem fusius et Historiæ et Caroli Magni laudes evolventem non sequemur. Redit tandem ad Turpinum : « *Ces choses ainsi par nous succinctement recueillies sont plus amplement commemorées et descriptes par l'archevesque Turpin en l'hystoire qu'il a faicte en latin, laquelle j'ay voulu traduyre en nostre vulgaire françois, tant à cause du passe temps de vous, Sire, que de tous nobles seigneurs gentilz hommes qui ont affection de congnoistre les nobles faictz et haultes entreprinses dudit roy Charles le Grant. Vous suppliant, Sire, si en la traduction y a aulcune faulte ou erreur, vostre doulx et benin regard*

Digitized by Google

tourner sa veue de doulceur et de clemence en supportant mon ignorance. Car l'original et exemplaire auquel je me suys reduyt estoit si fort vieil et assaire qu'à peine on le povoit lyre et en elicer et extraire bon sens et congru. Je congnois qu'il n'est digne ne suffisant de vous estre presenté, attendu la grosse tournure du langaige peu elegant. Mais vous supporterez l'indignité et imperfection en celant les faultes soubz le secret pardon de vostre mansuetude et humaine benevolence. » Ex illis verbis posset quidem credi vetustissimum librum *latinum* significari: sed in *privilegio regis* aperte dicitur de bibliopola Reginaldo Chauldiere: « *Depuis nagueres il a fait translater et escripre à ses despens en langage moderne françois ung livre appellé l'histoire du roy Charlemagne, composé par l'arcevesque Turpin, qui estoit escript en maulvais langage antique non intelligible ne lisable à plusieurs.* » Hic autem sermo antiquus Sanctonici auctoris erat, qui XIII° sæculo, ut vidimus, Nicolaum Silvanectensem interpolavit (1).

2° *Johannis*. Sic designanda videtur translatio quæ vulgo Michaeli Harnesio, sine ulla ratione, tribuitur. Hanc continent sex codices Bibliothecæ imperialis (fr. 573, 834, 906, 1444, 1621, 2464), quorum antiquissimus (2464) hæc in prologo refert (cum illo congruit codex

(1) Huet de Froberville, in Dissertatione *Sur deux livres appelés Chronique de Turpin* (Orléans, 1755), docuit anno MDCLXXXIII sub hoc titulo librum editum fuisse, qui nullo modo Pseudo-Turpini translationem continet. Recte monet Brunet, l. l., et ipse videram, illum nihil aliud esse ac fabulam ceterum non ignotam, *Trapezuntem expugnatam*.

Digitized by Google

Bibl. Arsen. B. L. Fr. 90 et alius quem in *Britannico Musæo,* Londini, nuper vidit Paulus Meyer (Bibl. reg. 4, CXI, p. 53) : « *Voirs est que li plusor ont oï volontiers et oient encore de Charlemaine comment il conquist Espaigne et Galice; mes que que li autre aient osté et mis, ci poez oïr la verité d'Espaigne, selon le latin de l'estoire, que li cuens Renauz de Boloigne fist par grant estuide cerchier et querre es livres à monseignor saint Denise. Et por refreschir es cuers des genz les oevres et le non del bon roi* (1), *la fit il en romans translater del latin al XII cenz de l'Incarnation et VI, el tens Phelippe, le noble roi de France, et Looys, son fil. Et por ce que rime se velt afaitier de moz conquillis hors de l'estoire, voult li quens que cist livres fust sanz rime, selonc le latin de l'estoire, que Torpins, li arcevesques de Reims, nota et escrist si com il le vit et oï. Si doit estre chier tenue et volentiers oïe de toz hauz homes. Car por ce sont les bones vertus el siegle auques defaillies, et li cuers des seignorages affebloié que l'en n'ot mes si volentierz con on soloit les oevres des entiens ne les estoires où li bon fet sunt, qui enseignent coment l'en se doit avoir en Deu et contenir el siegle honoréement ; car vivre sanz honor est morirs* (2). » Tres autem codices illam sententiam deformant, in qua de operis fautore agitur, sic scribendo : « *Ci poés oir la verité d'Espaigne, selonc le latin de l'istoire que Michel de Harnes fist par grant estudie cercher et querre es livres Renaut, le conte de*

(1) Cod. 2464 ibi *del bon roi Phelippe* legit, prave sine dubio.
(2) F° 61.

Digitized by Google

Boloigne (1); » iidemque annum MCCVII, nec jam MCCVI indicant (2).

Constat igitur Reginaldum, Bononiæ comitem, anno MCCVI, translationis fautorem fuisse, et translatorem illius gratia laboravisse. Translationis exscribendæ licentiam et cupivit habere et impetravit Michael Harnesius, vir nobilis et potens, de quo historia temporis illius non silet (3). Michaelis autem scriba ejus nomen in prologo Reginaldi nomini substituit, fassus tamen codicem inter libros Reginaldi repertum, sed et seipsum, ut Michaeli placeret, transtulisse affectans, et librum « *multo labore quæsitum* » jactitans, quum ejus inventio vero translatori fortasse non nihil, illi autem minime laboriosa fuisset. Certe hac in re Michael Harnesius nullis aliis partibus functus est ac Mæcenatis; immerito igitur compluries translator ipse nuncupatus est (4). Codex pessimus 921 sic desinit : « *Cy fault et fenit l'istoire de Charlemaigne que maistre Jehan translatait.* » Quamquam isti codici non sit magna fides habenda, videtur tamen hoc nomen, quum aliud desideretur, adoptandum (5).

Codex 1621 hanc translationem continet, sed coarctatam, renovatam, et, præsertim in fine, longis frag-

(1) 573 (f° 147), 906 (f° 250), 1444 (f° 115).

(2) Pessimus Codex 906 annum MCVI præfect, duplici scribæ errore.

(3) Vide Lebeuf, loco supra laudato ; Philippum Mousket, v. 21704, 24753; *Histoire littéraire de la France*, XVII, 372.

(4) Hoc jam ostenderat Daunou (*Histoire littéraire de la France*, l. l.).

(5) Inveniebatur et in alio codice quem Fauchet præ se habuit (*Œuvres*, 212).

Digitized by Google

mentis, ex junioribus *Cantilenæ Rolandi* recensionibus excerptis, interpolatam. Desunt in prologo nomina.

In codice 834 translatio Johannis legitur cum versione *Itineris Caroli Magni ad Jerusalem* (1) implexa, cujus versionis se Petrus quidam declarat auctorem, his verbis præmissis : « *Es livres qui parolent des roys de France trovons escript que par la proiere monseigneur saint Jaques dona nostre Sires cest don à Charlemaine c'on parleroit de lui tant con le siecle dureroit. Voirs est que plusors qui volentiers oïent de Charle ne sevent nient de la voie qu'il fist outre mer. Car li bon clerc qui les estoires ont en us ne cuident mie qu'il soit escrit en III lieus en France, fors à Ays la Chapelle, à monseigneur saint Denis. Et por ce que porfis est au cors et grant biens à l'ame d'oir les istoires qui enseignent commant on se doit avoir on siecle et en Dieu, a tant cerchié es livres monseigneur saint Denis* Pierres *qu'il a mis de latin en romans par grant estuide comant et par quel achoison Charle alla outre mer devant la voie d'Espaigne* (2). » Ejusdem in eodem volumine *Miraculorum sancti Jacobi* legitur translatio, cujus hæc ultima verba : « *Ci fine la translation mons. saint Jaque et si miracle que Calixtes li apostoles traita en latin por s'amor et Pierres, par le commandement la contesse Yoland, mist en romanz cest livre as M anz et II cens et XII de l'incarnation Nostre Seignour, ou regnement Phelipe le poissant vesque de Beauvais, en qui cité ces livres qui doit estre chiers tenus fu tranlaté de latin*

(1) De quo vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 55.
(2) F° 13, r°.

Digitized by Google

en romans (1). » Hæc Yolandis illa est verisimiliter cui circa annum MCC Nicolaus Silvanectensis Turpinum translatum offerebat; ipsa, duodecim post annis, Petrum *Miracula sancti Jacobi* gallice exprimere jubebat. Noverat ergo Petrus, procul dubio, ambas Turpini translationes, Nicolai et Johannis; posteriorem prætulit, nobis male; si enim Nicolaum exscripsisset, comparare liceret ejus versionem cum interpolatis in Sanctonica provincia codicibus.

Fidelis satis videtur Johannis translatio; nonnulli codices brevem interpolationem præbent, de *Ansegiso* dicto *Carthaginiensi*, quam et prior translatio habuit; nullo tamen in codice latino eam vidisse memini.

3° *Anonymi*. Plane aliam, nec ambabus prioribus longe posteriorem versionem affert codex 1850. Huic stylus brevis, nec sine lepore antiquo; latinum textum satis bene sequitur. Crediderim in Campania vel Francia in viginti prioribus annis tertii decimi sæculi factam fuisse. Prologo caret.

4° *Anonymi*. Desunt quoque prologus et clausula in codice 2137, qui quartam translationem Turpini, vergente, ut opinor, sæculo tertio decimo conscriptam continet. Sermo prolixior. Notandum in ea capitulum inveniri, *de nomine Navarrorum*, quod latinum multi habent codices (2), gallicum nullus præter illum, quem Johannis translationis pessimum textum continere diximus, 906 (XIV[i] sæculi) : codicis ergo 906 scriptor præ se habere debuit duas translationes, Johannis et hanc

(1) Vide P. Paris, *Mss. françois*, VI, 393.
(2) *Vide supra*, p. 37.

Digitized by Google

anonymi; nam in plerisque cum Johanne, in hoc ultimo capitulo cum anonymo convenit.

5° *Guillelmi de Briane.* Hanc translationem, in britannico musæo, Londini, existentem, non vidi; prologum exscripsit nuper et mecum communicavit amicus Paulus Meyer. Quis sit auctor vel ejus patronus non invenire potui; videtur circa medium sæculum XIII scripsisse; dialectum anglo-normannicam quam hic profert prologus, scribæ potius ac auctori imputandam judicarim.

« *Ici comence la veraye estoyre si cum li fort roys Charlemain conquit tote Espagne et jonst* (1) *tote Galice en sa pousté et la delivera des Sarazyns par l'ayde Deux et par l'amonestement mouinseignor seint Jake. Et sachunt certegnement tous ceus ke le orrunt ke l'estoyre est veraie. Si vus monstreray* (2) *ben pur quey ele deyt estre veraye, et creue* (3) *de clers et de lais. Ly bons archeweke Turpin de Reyns, ke fu compaynoun Charles en Espagne et les graunz peynes et les grauns travauz et les graunz coups suffry owcke li, autretaund cum un de melliours, escrist à Vienne, là où il gisoyt malades de playes ke il resut en Espagne, quaunt que Charles out fet du primer an* (4) *ke il entra en Espagne à sa mort. Si l'* (5) *envoya en latin à Leobrand le deen d'Ayse la Chapele qui li avoyt*

(1) Jam indicaverat V. Cl. F. Diez hocce prœteritum verbi *joindre.*
(2) Cod. *monstray.*
(3) Cod. *cruee.*
(4) Cod. *dan.*
(5) *Si l'* in codice deest.

Digitized by Google

maundé et prié par compagnie que il escrisist en latin et ly envoyast; et issi fist en tele manere com vus orrez si vus le volez escoter. Jo Guilleme (1) *de Briane, le clers Garin le fiz Gerod, ke maint homme a mis à ben et mout plus en mettra si Deux plest, par soun comaundement et par le comaundement ma dame Aliz sa femme, ay proposé et translaté ço livere, ke Turpin l'arceveske escrist de se mayns en latin; le mectray en romaunz, ke ceus ke le orrunt y preynount essaumple et s'i delitunt à oyer les hauz feez et les hauz miracles; et ensement ceus qui entendunt la lectre se deliterount, ceus dis jo ke Deux amerount à orer. Or priuns Deux ke il otreyt à moy et à ceuz par ky enprenk cest overe fere tele chose ke sa alme seit sauve après la mort. Dites amen.* »

Ex illa, nondum antea facta, translationum recensione, discimus quo in favore, ineunte sæculo XIII, Turpini liber fuerit. Intra paucos annos tres fiunt translationes, duo in septentrionalibus, tertia in regalibus provinciis : illarum prior cito in occidentales regiones transfertur ibique interpolatur. Miramur nullum, inter illos tres æquales translatores, opus aliorum cognovisse, quod iterum docet quam difficulter et lente libri, his sæculis, divulgarentur. Hoc etiam ostendunt duo prologi (et prologus Petri in *iter Hierosolymitanum*), qui longas et vanas disquisitiones insperatamque tandem libri inventionem in *armario* abbatiæ cujusdam narrant. Hi

(1) Cod. *Gille* cum linea transversa super *ll*.

Digitized by Google

quoque tres prologi diffidentiam et contemptum exprimunt erga *cantilenas gestorum* et cetera rhythmica, seque novam ingredi viam profitentur, qua solum translator auctorem sequi possit, translationem scilicet prosam, *en romans sans rime.*

Non ita Philippus Mousket (1), qui suo *Chronico rhythmico*, ante annum MCCXLIII finito, Turpini translationem inseruit, sed librum latinum non parum interpolando, nec semper optime intelligendo.

Auctor gallici libri cui titulus : *les Grandes Chroniques de Saint-Denis*, latinum compilatorem, de quo supra (p. 43), secutus, Turpini fabulam cum *Itinere Hierosolymitano* admisit, et translationem ipse scripsit, a nullo mutuatus anteriore; cujus languidior sermo, et jam priscarum linguæ nostræ legum plerumque oblitus. Non contentus ille Sandionysiaca quam diximus interpolatione, illam ipsam interpolavit ad majorem sancti Dionysii gloriam (2).

In multas alias compilationes aditum invenit Turpini

(1) De quo vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 92.

(2) Post ea quæ supra retulimus (p. 28) de servis S. Dionysio quatuor numeros reddentibus, addit translator Sandionysiacus : « *Par tant si ne doit on pas cuider que ce soit servage, ains est droit establissement de franchise. Car ainsi fist Alexandre le Grand quant il eut conquis tout Orient, que tous ceulx qui luy rendoient quatre deniers feussent quittes de toute autre coustume. Dont les roys de France paient chascun an quatre besans d'or et dessus leurs chiefs les offrent au martir, en recognoissance qu'ils tiennent de Dieu et de luy tout le royaume de France, ce qu'ils ne feissent en nulle maniere si ce feust en nom de servage. Après prist le roy sa couronne et la mist sur l'autel : la couronne de France livra en garde de Dieu et de saint Denis, et se démist de toutes honneurs terriennes* (t. II, p. 231). »

Digitized by Google

liber, quas numerare operæ pretium non est. Sufficiat Robertum Gaguin nominare, qui etiam sed immerito, solius Turpini translationem conscripsisse reputatur. Alias dixi de libello cui titulus : « *les Conquestes de Charlemagne* », vel « Fierabras », cujus tertiam partem Turpinus efficit. Translatus iste in hispanicam et anglicam linguam Turpinum in illis quoque regionibus notum fecit.

Provinciali lingua translatum fuisse me nuper docuit Paulus Meyer, qui in Britannico Musæo Londini codicem vidit antea ignotum.

Germani sæculo sexto decimo Turpini translationem typis mandavere, cujus titulum quondam vidi, nunc rursus habere non potui. Nostris temporibus Fridericus Schlegel illum in parvas cantilenas distribuit, more poesis Hispanorum epicæ, germanisque versibus tractavit. Sed et antea libro dicto *Karl Meinet* poetica inserta fuerat translatio (1), batavica vero Joannis de Maerlant et Joannis Clerici compilationibus historicis, vel in aliis ejusmodi operibus cujus præcipuus fons Vincentius erat Bellovacensis. Angli Turpinum et sæculo quinto decimo in translatione libri dicti *Fierabras* per W. Caxton (2) et nostro ævo (MDCCCXII) per Thomas Rodd suum fecerunt. Scandinavus tertii decimi sæculi desinentis auctor, qui veteriorem *Caroli Magni Historiam* compilavit, Turpinum quoque epicis narrationibus miscuit (3). Itali proprie translationem Turpini non

(1) De hoc libro vide *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 127.
(2) Vide *Hist. poét. de Charlemagne*, p. 157.
(3) De illa *Karlamagnùs-Saga*, vide ib., p. 149.

Digitized by Google

videntur habuisse; sed omnem illius narrationem, permagnis quidem cum additamentis, Nicolaus Patavinus versibus retulit, hoc mixto sermone quem *franco-italianum* alibi nuncupavi, prosæque italianæ commissa librum septimum (adhuc ineditum) *Regalium Franciæ* effecit (1). Sic Turpini fabula orbem perambulavit, omnibus grata, omnibus accepta, donec renascens cum ceteris bonis studiis Historia eam aspernanter rejecit.

VIII.

Karolellus.

Tertium decimum sæculum Turpini historiam non solum transtulit, sed etiam latine versificavit. Primus Franciscus Michel, ad calcem *Cantilenæ Rolandi* (2), refert in Britannico Musæo codicem exstare, sexcentis annis ferme antiquum, in quo poema includitur titulatum : *Historia Turpini Remensis archiepiscopi*. Sic concluditur :

> Et quia descripsi breviter tam nobile bellum,
> Septima postremum concludat meta libellum;
> Et quia gesta tenet Karoli brevis iste libellus,
> Imponatur ei proprium nomen *Karolellus*.

Alio tamen sub titulo, sæculo quinto decimo, hoc opus impressum est. Legitur enim in *Catalogo librorum ad gallicam historiam spectantium qui in Bibliotheca*

(1) Vide ib., p. 176, 187.
(2) P. 244, in nota.

Digitized by Google

imperiali Parisina servantur, ad regnum Caroli Magni : « *Gesta Karoli Magni, Francorum regis*, *opus cura* (1) *magistrorum Joannis Boveri et Guillermi Bouchet accuratissime castigatum.* » Remittit autem lectorem catalogus ad aliam sectionem, *Fabularum* scilicet *romanensium*, cujus adhuc ineditus catalogus; nec mihi ostendi liber ipse potuit, quem cyclicum quoddam opus de Carolo Magno esse arbitrabar. Reperi tamen in laudato opere cui titulus : « *Bibliopolæ Enchiridion* » quæ mihi quis esset liber iste satis declararent, quanquam auctor ipse *Karolellum* non agnovisset.

Sed postea V. Cl. Victor Le Clerc me docuit hunc ipsum librum anno MDCCCLV a doctore Merzdorf « ex unico Parisino codice » rursus typis mandatum fuisse, moxque hanc editionem et in Græssii « *Thesauro* » indicatam vidi et ipse inspicere potui. Constat *Karolellus* septem libris, versibus hexametris conscriptis, quorum in prima parte quisque cum altero proximo consonat, sed mox labor tantus ab imperito poeta negligitur. Turpini codicem præ se versificator habebat qui jam Sandionysiacam interpolationem admiserat; non potest ergo ille, ut Merzdorf suspicatur, idem ac auctor Pseudo-Turpini esse. Librum sequitur poeta ab initio usque ad finem, satis fideliter. Reputat Merzdorf, qui Ciampianam editionem et supplementa Lambeciana non novit, eum varia interpolasse quæ tamen in libro jam repererat; inter quæ enumerationem urbium notabimus, quas Carolus in Hispania cepit. Nedum eam in-

(1) *Cura* deest.

Digitized by Google

terpolaverit, permultas urbes siluit quas Turpinus habebat, seque ita excusavit :

Sunt plures alie, quas nostri regula metri
Non posuit, quia non poterant in carmine poni.

Multis mendis laborat antiqua editio, quorum non pauca admisit Merzdorf quæ sæpe facile purgare potuisset; hos tantum quinque excerpam versus, quibus beneficia Caroli ergo ecclesiam sancti Dionysii narrantur (vide supra, p. 28) :

Ecclesie numos offerri quolibet anno
Jussit et ecclesiam venerando scemate structam
Majorem faceret, sub tali conditione
Ut qui quattuor huic gaudenter reddere numos
Vellet; servus foret is libertinus esset.

Hæc certe non intelligi possunt; quæ si cum prosa comparaveris, facile sic restitues :

Ecclesie numos offerri quolibet anno
Jussit, ut ecclesiam venerando scemate structam
Majorem faceret, sub tali conditione
Ut qui quattuor huic gaudenter reddere numos
Vellet, si servus foret, is libertinus esset.

Ceterum dignum hoc opusculum editione non videbatur, ubi quid esset notum erat.

IX.

Nemini hodie probari potest hæc quondam vulgata opinio, Turpinum fontem fuisse epicarum fabularum

Digitized by Google

omnium quas majores nostri de Carolo Magno concinnaverunt. Contra enim est compertum has fabulas Turpino materiam suppeditavisse; eoque indicio usus sum, in *Historia poetica Caroli Magni*, ad investigandum tempus nonnullorum poematum, quæ nempe, si in Turpino occurrunt, necesse est ut duodecimo sæculo antiquiora agnoscantur.

Verum est tamen poesim epicam a Pseudo-Turpini auctoritate non omnino liberam fuisse, non antiquam dico et integram, sed recentiorem, jamque ad occasum vergentem. Latini libri, quibus clerici utebantur et vulgares cantilenæ, quibus populus, nullum diu inter se commercium habuerunt; Galliæ historiam hic *Chronica*, illic *Cantilenæ gestorum* variam varios docebant; sese mutuo ignorabant. Rupit illam separationem Pseudo-Turpinus, duoque mala introduxit, discernenda commiscendo; nam et historiam fabulis, ut vidimus, adulteravit, et poesis epicæ sincerum turbavit cursum. Alibi ostendi quantam confusionem in nonnullas narrationes injecerit Turpinianus ille Aigolandus, quem e poemate *Asperi Montis* detractum in aliud plane bellum aliamque regionem transtulerat nugator noster. Turpinum in prœlio occubuisse narrabant epicæ cantilenæ, quod mutare cogebatur Turpinus ipse prœlium narrans; idcircoque pulcherrima *Cantilena Rolandi* paulatim ut mendax neglecta fuit, illique inertissima narratio Turpini suffecta, quæ et in poematibus italianis per Nicolaum Patavinum, et in tam celebrato libro « *De victoriis Caroli Magni*, » et in « *Galliano Rhetorico* » invenitur.

Poemata e Turpino omnino decerpta non norim, præ-

Digitized by Google

ter Nicolai Patavini carmen, qui tamen tot tantaque de suo addidit, ut a Turpino vix filum mutuasse dici possit, qui eum per longas historiæ suæ ambages duceret. Turpinum certe noverat auctor *Guidonis Burgundionis*, qui ab eo quinque inexpugnabiles urbes, inter quas *Lucernam in Valle Viridi* (*Luiserne de Valvert*) ceteraque nonnulla sumpsit. Non ignarus ejus ille quoque fuit, qui ex deperdito poemate *Balan* fragmentum fusius tractavit, quod *Fierabras* dicitur, nec qui brevitate tantummodo commendabilem scripsit *Otinellum*.

Talis autem libri, qualis est Pseudo-Turpinus, in cœtum veterum carminum admissio poesi nostræ epicæ quasi mortis præsagium fuit.

FINIS.

Vidi ac perlegi,
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona, prid. non.
octobr. ann. MDCCCLXV,
Facultatis Litterarum in Academia
parisiensi decanus,
J.-VICT. LE CLERC.

Typis mandetur,
Academiæ Parisiensis Rector :
A. MOURIER.

Paris. — Imprimerie de Ad. Lainé et J. Havard, rue des Saints-Pères, 19.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 07033 8051

BOUND
MAY 26 1933
UNIV. OF MICH.
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google